Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Godefridi Bidloo Anatomia humani corporis

https://hdl.handle.net/1874/284092

e44 fen. 5.177.

Anatomici et Phyſiologici

Folio n°. 82.

N. C. di F.


GODEFRIDI BIDLOO
Medicinæ Doctoris et Chirurgi
ANATOMIA
HUMANI CORPORIS
Centum et quinque tabulis
ILLUSTRATA.

GODEFRIDI BIDLOO,

Medicinæ Doctoris & Chirurgi,

ANATOMIA HVMANI CORPORIS,

Centum & quinque TABVLIS,

Per artificioſiſſ. G. DE LAIRESSE *ad vivum delineatis*,

DEMONSTRATA,

Veterum Recentiorumque Inventis explicata plurimisque, hactenus non detectis,

ILLVSTRATA.



AMSTELODAMI,

Sumptibus Viduæ JOANNIS à SOMEREN, Hæredum JOANNIS à DYK, HENRICI & Viduæ THEODORI BOOM.

M DC LXXXV.

ACADEMIA MEDICO CHIRURGICA AMSTELODAMENSIS

ANATOMIA
HUMANI
CORPORIS,

Celsum e optimis TABULIS,



SERENISSIMO CELSISSIMOQVE

PRINCIPI
HENRICO CASIMIRO,

DEI GRATIA PRINCIPI NASSOVIÆ, COMITI CATZENELLEBOCI, VIANDÆ, DISTIÆ, SPILBERGÆ, DOMINO IN BIELSTEIN, BARONI LIESVELDÆ, &c. GVBERNATORI HÆREDITARIO ATQVE GENERALI CAPITANEO FRISIÆ, GVBERNATORI ET CAPITANEO GENERALI GRONINGÆ, OMLANDIÆ VT ET DRENTHIÆ.

SERENISS. CELSISS. PRINCEPS;

Tuo Nomini ut inſcribam, Tuo patrocinio meos ut conſecrem labores, SERENISS. CELSISS. PRINCEPS, Tuum erga quasvis doctrinas, ar-

tes, ſcientias & diſciplinas, ſtudium, Tua in earundem Cultorum Benevolentia, perſuaſere. Tu microcoſmi penetralibus perſcrutandis, ut ipſe cum Minerva moves manum; ita meam microcoſmi diſſectionem pervolvere ſi digneris, SERENISS. CELSISS. PRINCEPS, Opt. Max. hujus admirandæ fabricæ architecti ſapientiam, in hoc ſuper omnia, quæ conſtruxit opera, dabitur indagare; meos itaque huic detegendo demonſtrandoque machinæ conatus Tuo quod muniam numine, veniam pro laude mereri & Viro non diſpliciturum Principi, ſpero

SERENISS. CELSISS. PRINCEPS,

Tui Nominis devotiſſimus cultor

G. BIDLOO.

AVCTOR

AVCTOR LECTORI

S. P. D.

Fabricam Humani corporis deſcribere animus eſt, opus ſanè moleſtum, in quo tot ſudarunt viri ingenio atque doctrinâ præclari, me ſuſcepiſſe profiteor; verum non dubito, quin conatus hoſce grato eris accepturus animo.

Quemadmodum autem veritates Mathematicæ numerorum linearumque demonſtrationibus, ita etiam Anatomicæ ſolâ autopſiâ deteguntur; Veteres verò in Anatome aliorum ſcriptis verbiſque intuitu primo fidem habentes, anſam præbuere, ut, cum aliqui minus creduli, ſuis omnia conarentur perſcrutari oculis, tot poſtea diverſæ ſententiæ, tot diſcrepantes opiniones partium circa ſtructuram, œconomiam atque uſum ſint exortæ; & ſtudiis addicta juventus, labyrintheis ambagibus quibus & ipſe Dædalus ſe vix explicare poſſet, intricata ſit.

Antiquiſſima quoad tempora, qua tandem ſagacitate, induſtriâ, vel ratione potuiſſet aliquis, licet Anatomicæ artis ac ſcientiæ avidiſſimus, magnum memoratuque quid dignum hac in arena efficere? ſacroſancta etenim tum habebantur cadavera, manus quæ tetigerant contaminatæ, hinc tot ablutiones, tot luſtrationes ac purificationum cæremonias veterum inſtituit ſuperſtitioſa religio. Anatome itaque brutorum clanculum occupati vel præoccupati potius, hominem hanc deſcribebant ad normam, affigentes utero humano cornua & id genus alia; donec quidam ſagaciores viri Hominem diſſecare incepere: poſtera verò inter ſecula primum ſibi vendicavit locum, magnus ille & ob reſtitutam rem Anatomicam numquam ſine veneratione nominandus Andreas Veſalius, qui artem de novo erigere atque decorare perrexit; quem ſequuti multi, pauci aſſiqui valuerunt.

Dubius dudum hæſi Anatomicorum quemnam ſequerer ego, ſed litibus, controverſiis iconumque varietate ita eram ſtatim implicatus, ut mihi tandem, ſalvo clariſſimorum virorum judicio, auctoritate ac labore, propoſuerim eorum ſcripta ab ovo pervolvere neminique credere neminemque rejicere. Aggreſſus ſummo cum deſiderio laborem hunc, non immoratus ſum novanè an vetera, ſed an toti convenientia machinæ exprimere poſſem, meam igitur applicavi cultello manum ſedulóque curavi, ut omnia, quantum fieri poſſet, ad juſtam magnitudinem & ad vivum delinearentur per magnum illud hujus ſæculi Pictorum lumen Gerardum de Laireſſe, imo nihil, confidenter dicam, nihil ad aliorum icones exhibeo: odi imitatores ſervum pecus.

Prodit itaque in lucem nova Anatome, licet multa à me dicantur delineanturque quæ multis Anatomicis, quorum inſignem numerum artium nutrix Gallia, ingeniorum fertilis Anglia, ſagax Dania atque ſevera utraque aluit Germania, notata, verum non depicta fuerunt; hiſce ſi quid potui addidi, plura (ſit verbo venia) oculatus emendavi. Quia verò demonſtrativa hæc mea eſt Anatome, ſumma mihi cura fuit ut & aliorum illuſtrium virorum inventa picturæ adminiculo ab oblivione vendicarem; eorum autem nomina exprimere non minoris difficultatis quam laborem perſolvere judicavi; attendenti autem paſſim eorum occurrent fama ac ſcripta, ſingulari licet non inſigantur paginæ. Sudavi ut circa icones perfectum abſque erratis ac fictitiis imaginibus quid poſteritati traderem. Anatomicorum enim nullus, quantum ego ſcio, omnes nativas univerſi Corporis Humani oſtendit imagines; ſed profectò vitio huic, vitium enim eſt, aliqua ex parte ignoſci poteſt, ob incommoda quæ tali in opere occurrunt circa Pictores, Sculptores & quot præſertim ſubjecta, ut vocant Anatomici, emergunt, pauci me melius ſciunt, cui per aliquot annos hinc & illinc multo non ſine temporis æriſque diſpendio emendicanda fuerunt. Deplorandum ſanè interdici nobis illorum uſum quorum jam nullus cuiquam, niſi vermibus, uſus eſt.

Anteceſſores ergo noſtri hiſce deterriti laſſatique incommodis, manus ſæpius abſtinuerunt, credentes priſcis omnia perfectè detecta fuiſſe temporibus. Imo ſubjectorum penuria ſuppreſſiſſet & hoc opus, niſi cum plurimos viros tam publico munere quam doctrinâ ſpectabiles obnixè rogaſſem ut mihi cada-

vera ſuppeditarent, tandem artis cultores inveniſſem, qui rei neceſsitati & paupertinæ ſupellectili ſubminiſtratione quorundam ſubvenere cadaverum, multa enim ad hujus voluminis exigebantur ſtructuram. Hominem ergo perſpexi perſpiciendumque tibi hiſce in Tabulis offero; ſtructuram, quæ omnia ſtupenda artificia exſuperat, Microcoſmum vocatam, nomine verò Macrocoſmi digniorem.

Quam utilis autem, quam Reipublicæ neceſſaria hujus ſit cognitio, nemo qui vel à limine naturam indagare (his enim ſcribo) conatus fuit, non neſcit: ades artium amator; Mechanica ſi te dilectent, Mechanicas videbis in quibuſdam partibus delineationes: Chemiam ſi colis, ex bilis, urinæ ſalivæque ſeparatione quid ipſamet ſit Chemia, diſces. Compages artium uno in homine eſt, cedunt automata, horologia & humanum quidquid unquam excudit ingenium; unus homo, ſi glorietur artifex, artifici ruborem incutiet. In hoc ſingulæ actiones juſto ordine, tempore ac dimenſione, nullo inſtrumenti incommodo, abſolvuntur: ita ut ex Anatome, omne hominum genus & ſi ignoret, qualem debeat habere Deum, habendum colendumque tamen ſciat.

Si quid novi inveni, ingenti cum voluptate ſemel atque iterum coram harum rerum gnaris Domi, forasque contuli, examinavi & ad ſolidius judicium caſtigavi, limavi. Ne mihi nimis ſapere viderer.

Ex iis, quos de conſcribenda delineandaque methodo conſului, eorum enim gloriam ut meam mihi non vendico, præter quos eruditos peritiſsimosque in Gallicis aliisque hanc ob cauſam Academiis viſitavi, præcipui fuere Nobiliſſ. Clariſſ. D. Dortmont, Amſtelodamenſis noſocomii Medicus & Collegii Medic. Commiſſarius, cui multum in hiſce debeo, Doctiſſ. Med. Mattheus Sladus, Abrahamus Quina, A. v. Stamhorſt, Cyprianus Pater & Filius, quorum primus mihi ſingulari quondam amicitia fuit devinctus.

Textum uſusque partium hiſtoriam cur non adjunxerim ne quære: tot enim ſunt celebrium atque doctorum virorum ſcripta, ut propemodum ex ipſa abundantia inopes reddamur.

Utilius fore duxi latam delineationum addere explicationem, ne prolixitate tibi moleſtiam crearem, neve volumen hoc in immenſam excreſſeret magnitudinem.

A detegendis aliorum erroribus me abſtinui: ita enim modeſtos decet. Circulatoribus & oſtentatorum cœtui, quibus nil ſuum præter arridet, labores ſuos ſtentorea voce miſeræ plebi vendere jubeo.

Ordinem Operisque diſpoſitionem ut profuſiore tibi narrem oratione res efflagitare non videtur, quippe quæ ultro ſeſe curioſis offert oculis.

Verbis Anatomicis receptis, quæ etſi in multis rebus non bene conveniunt, utor.

Supremum quod peto (Lector) eſt, ut laboris, quo te frui gaudeo, me non pœniteat, ſed ut bona ſunt fide ſcripta, ita bono & à veritate irretorto inſpiciantur oculo: Ut Deum Opt. Max. mecum mirari diſcas; ſic ſtudii Anatomici ſperare licebit incrementum. Vale & ſi quid boni labor hic meus protulit, à livore defende.



GODEFRIDVS BIDLOO MED.ae DOCT.R ET CHIRVRGVS.

Naturæ artificis dum munera plurima BIDLOO
Monstrat, et Egregia dexteritate probat,
Auroram qualis sequitur Sol aureus almam,
Sic Magnum sequitur Lumine VESALIVM.

J. Six.



IN

GODOFREDI BIDLONIS,

Medicinæ Doctoris,

ANATOMEN

CORPORIS HVMANI,

Tabulis pulcherrimis delineatam.

Humani BIDLO ſtructuram corporis omnem
Ad vivum pictis exhibet, en, tabulis.
Apparent Fibræ tenues, prægrandiaque oſſa:
Apparent nervi: pectoris ima patent.
Spectat, & è Scythica proclamat rupe Prometheus:
Vincor: opus ſuperat, Jupiter, iſte meum.

P. FRANCIVS.

AD

GODEFRIDVM BIDLOO,

M. D. & Chirurg.

Humani corporis anatomiam edentem.

Quod tibi debemus ſollers, GODEFRIDE, *Minerval?*
Humani per quem Corporis arca patet.
Laſſavit multas per tot jam ſecula curas,
Illa Epimethei Dædala maſſa luti.
Serior accedis; ſed doctior, indice tanto
Ars, natura, tuas ſedula ſpectat opes.
Externam cuivis pronum eſt vidiſſe figuram:
Interiora tuæ ſunt benefacta manus.

J. BROEKHUSIUS.

IN

IN

Clariſſ. VIRI

GODEFRIDI BIDLÖI,

Med. Doct. & Chirurgi,

Opus Anatomicum illuſtriſſimum, & abſolutiſſimum:

CARMEN EPÆNETICVM.

Iam demum ſuperum tollat ad Æthera,
Turritum exiliens Amſtela verticem,
Et turgens reliquos deſpiciat Deos;
Quos aut Euganeis accola collibus,
Conſervans profugi buſta Priamidæ;
Aut quos muneribus Copta colit feris
Artes Niligenæ doctus Oſiridis.
Tantum Pæoniis quando adytis jubar
Diſpergit radios, lumine jam ſuo.
Artis cum columen, cum Patriæ decus
Bidlöus latebris eruit abditis,
Priſcis quæ genetrix invida ſeculis,
Quæ natura ſuo condiderat ſinu,
Servavitque ſuis ſera Nepotibus.
Quæ non Panthoides, neve Epidaurius,
Nec doctus potuit noſſe Cöus ſenex.
Nec quem progenuit Pergamon inclytum.
Jam dudum, has Tabulas conſule quiſquis es.
Heic rerum feries, heic habitat Deus,
Et quicquid melius condiderat Deus.
Hæc eſt quam dederat machina cælitus.
Hæc eſt quem peperit Mater amoribus,
Jam compreſſa novis, & fovet, & nutrit,
Miraturque ſuum. Deſine ſydera
Demetiri oculis; deſine jam poli
Incertis regimen vertere vicibus.
Scrutari pelagum deſine turbidum;
Aut terræ horrificis condita noctibus:
Heic terra, heic pelagus quin latet & polus.
Heic Phœbi radiat ſydus Olympicum,
In cordis calido vivificans ſinu.
Heic Phœbea ſoror lumine frigido
Exercet variis viſcera motibus.
Quid fatis placidum, quid memorem Jovem,
Quid Majæ ſobolem, quid Cronon impium,
Quid lætæ Veneris ſydera? Denique
Quid Taurum æripedem Phaſidos aut pecus,
Quid Chirona moror ſemiferum Deûm,
Ac quicquid tacitis noctibus imperat?
Heic vivunt ſuperis quæ rutilant plagis.
Si credas oculis; heic age cernere eſt:
Quid pectus ſaliat, quid trepident fibræ,
Quos tubos foveat turgidulum jecur
Quo ſanguis nutriat viſcera flumine,
Quo vitam trahimus; mens quibus æmula
Aurai; ſuperæ ſedibus imperat.
Quid cæci veteres, quid ſtolidi ſenes
(Vel caſſas pueris ferre dati nuces)
Vinxiſtis rapidi flumina ſanguinis?
Non tantis Tiberis labitur æſtibus,
Non tanto Euridanus volvitur impetu,
Quantis vena ruit turgida fluctibus,
Eliſisque agitur torta repagulis;
Mæandros reduces, innumeros ſinus
Gyrosque immodicos mille agitans modis.
Eia fatidici gnara cohors Dei,
Leges Phœbigenæ docta Machaonis,
Jam demum exhibeas, ſorte beatior,
Subleſtæ fidei nec dubias manus.
Non eſt quod trepidas regia jam via,
Tandem frugiferis panditur artibus,
Laxatis teritur tuta repagulis.
Poſt hac ſi qua fides, ſecula ſortibus
Utentur placidis, numine prævio.
Parces lugubribus præfica planctibus,
Parcet funeribus mitior Atropos
Et longi inçipient exigier dies.
Et tu nobilibus, magne, conatibus
Æternum incolumis, laudibus inclytus
Dediſces morier, fataque neſcius,
Stellatum volitans raptus ad Æthera
Addes cœlitibus mente novum decus.

Lambertus Sylvius,
Gymnaſii Vianenſis Moderator.

INDEX

INDEX
TABVLARVM,

Rerumque in iis demonſtratarum.

In prima Parte, præſertim de Capite agente,

Prima Tabula denudatum ab antica parte Maſculum repræſentat Corpus.
2. Fœmineum eodem depictum modo,
3. Ejuſdem Corporis adſpectum poſteriorem exhibet. In
4. Demonſtrantur; Cuticula, Cutis, Crines, Pinguedo atque Membrana corpori exteriori communis. In
5. Capitis integumenta tam exteriora, quam interiora depinguntur, quæ ulterius denudata & perſcrutata juxta Sinus, cohæſiones denominationesque varias viſuntur in
6. & 7.
8. Ut jam inceptum erat in duabus præcedentibus, cætera de involucris abſolvit cerebrumque ab oſſea compage involucriſque quibuſdam liberatum, ut & quædam exſiccata oſtendit.
9. De Cerebro, Nervis à Cerebro oriundis craniique baſi, Cerebro exempto, tractat.
10. Totam exhibet Cerebri una cum Medullari cauda molem variaſq; Nervorum & Cerebri circa ſtructuram perſcrutationes atque demonſtrationes.
11. Oculum oſtendit variis modis, tam quo ad exteriora quam interiora, explicatum.
12. De facie agit & præſertim Auris, Naſi atque Buccarum muſculos ſalivaleſque depingit ductus.
13. Naſi exteriora, Linguam ejuſque partes proprias, Gingivam aliaque in Ore contenta, delineat.
14. Ulteriorem Linguæ partiumque antea pro parte demonſtratarum, detectionem habet.
15. Oſſis Hyoïdis, ut & inferioris Maxillæ quaſdam producit Icones.
16. 17. 18. Colli ejuſque annexorum Membrorum muſculos depingunt.

Secundæ Partis Pectus proponentis, prima Tabula ordine,

19. Mammas cute partim avulsâ delineat.
20. Muſculos Pectoris quoſdam depingit.
21. Pectus exhibet apertum viſcerumque in eo ſitum.
22. Cordis anatomen exprimit.
23. Sanguiferorum vaſorum ſtructuram divaricationemque ut & ſanguinis indagationem variis elaboratam modis atque experimentis, demonſtrat.
24. Pulmonem, Laryngem ejuſque muſculos proponit.
25. Pulmonis ejuſque fiſtulæ ſtructuram, ut & quædam huic viſceri vicina exhibet.
26. Pectus, viſceribus exemptis, coſtarum diaphragmatisque exprimit muſculos.
27. 28. 29. 30. Scapulæ, Dorſi Lumborumque muſculorum icones proponunt.

In Parte hujus Operis tertia, de Abdomine dicente, demonſtrantur in prima, juxta verò numerum, in

31. Tabula, Abdominis quidam muſculi;
32. Cæteri, cum adjuncto Peritonæo.
33. Omentum viſcerumque in ventre contentorum ſitus exterior.
34. Omenti ut & Oeſophagi peculiaris ſtructura, Stomachus ejusque
35. Annexæ, ut & orificiorum partes.
36. Inteſtinorum primum, Pancreas, Lien variis præparationibus perſcrutatus.
37. 38. Hepar ejuſque annexa.
39. Inteſtina & eorum differentiæ.
40. Inteſtina cum Lacteis vaſis chylique ductubus.
41. Renes vaſaque Teſtium & alia in naturali ſitu.
42. Renes cum annexis è corpore ſeparati.
43. Renis ſpecifica fit detectio.
44. Veſica urinaria Ureteresque
45. 46. Teſtes Maſculini.
47. Veſiculæ ſeminales, Glandoſum corpus, Penis Anusque.
48. Cæteræ Penis partes, ut corpora nervoſa & alia.
49. Muliebria cum appenſis, ut in Abdomine ſunt ſita.
50. Vulva atque circumjacentia.
51. Uterus, Ovaria atque cætera huic parti alligata.
52. Exemptis ut ſeſe habet Abdomen viſceribus.

Quarta Pars ingravidati Uteri Fetusque ejuſque annexarum partium comprehendit demonſtrationes. Prima autem Tabula,

53. Uteri non diu poſt impregnationem faciem ejusdemque vaſa cerâ repleta oſtendit.
54. Mulieris ultra ſeptem menſes gravidæ apertum Abdomen delineat.
55. Uterum exhibet apertum.
56. Fœtum per Membranas ac involucra deductâ placentâ tranſparentem deſignat.
57. Fœtus incrementum ab Ovo ad partum dilucidat.
58. Placentæ Membranarumque Fœtum obvolventium indagationem depingit.
59. Vinculi Umbilicalis, ut & Tab. 60. & 61. Membranarumque ulteriorem habet illuſtrationem.
60. Uterinam placentam quâ Fœtum ſpectat facie, depictam exhibet.
61. Prædictarum partium abſolvit anatomen.
62. Septem menſium Fœtus Umbilicorum vaſorum incipit denudationem.
63. Ejuſdem Fœtus interiora perſcrutat.

In

INDEX TABVLARVM.

In Parte quinta deteguntur, cum præfixa Muſculi deſcriptione ſpecifica, Artuum Muſculi & quidem in hacce Tabula,

64. Brachii quidam ſub cute internè ſituati.
65. Humeri } Muſculos delineant.
66. Cubitique }
67. Inferioris Brachii, ut & Manus digitorumque quoſdam
68. Digitorum verò interius ſitorum reliquos comprehendit Muſculos.
69. Brachii depingit faciem exteriorem.
70. Digitorum extenſores, ut & Pollicis, Indicis Auricularisque varios, ut ſequens
71. Exponit Muſculos.
72. } Femori annexos & adſcriptos depingunt Muſcu-
73. } los.
74. }
75. }
76. } Tibiæ moventes, variis ſemotos & explicitos mo-
77. } dis Muſculos oſſaque, quibus alligantur, ex-
78. } primunt.
79. }
80. Pedis à cute denudati adſpectum anteriorem deſignat,
81. Quoſdam hujus Membri externos ex parte à ſe invicem ſeparatos adumbrat Muſculos.
82. Tibiæ pollicisque, Pedis & aliorum dilucidat Muſculorum connectionem atque ſitum. In
83. Muſculorum, cute depoſitâ huic parti poſterius annexorum facies, datur.
84. Prædictos Suræque oſſis adſitos, ut
85. Reliquos Pedis &
86. Digitorum abſolvit Muſculos.

Sexta hujus Anatomiæ deſcriptionis Pars Oſteologiam & ſpecificè Tabula

87. Sceleti anteriorem &
88. Poſteriorem Lateralemque delineat adſpectum.
89. Capitis quædam declarat Oſſa.
90. Capitis, ut & auditus à ſeſe invicem depoſita Oſſa ab utroque explicat latere.
91. Cranii ſerrâ ablati tam interiorem quam exteriorem faciem enodat.
92. Superioris Maxillæ oſſa denteſque exprimit.
93. Vertebrarum Syrma ab utroque latere adumbrat.
94. Eodem modo Coſtarum deſcriptionem exponit.
95. Scapulæ, Sterni Claviculæque oſſa exhibet.
96. Humeri cubitique
97. Manusque Seſamoideaque deſignat Oſſa.
98. Os dictum Sacrum &
99. Nomine quaſi non indigitatum atque
100. Fœtus oſſium incrementum oſtendit.
101. Fœtus novem circiter menſium ſceleti anteriorem,
102. Poſteriorem adſpectum adumbrat.
103. Femoris & Poplitis oſſa exhibet.
104. } Pedis, id eſt Tibiæ, Sutræ pedisque Proprii
105. } dicti Oſſa, ut & Ungues delineat.

GODE-

GODEFRIDI BIDLOO,

Medicinæ Doctoris & Chirurgi,

ANATOMIÆ HVMANI CORPORIS PARS PRIMA.

Omnigenas, tam toti Humano corpori communes, quam ſingulis ejuſdem partibus proprias diviſiones, ſubdiviſiones, analogias, denominationumque differentias, prætermittens, utpote quæ iconographicè (quam ſuſcepi provinciam) explicari non poſſunt, & ex ſpecifica deſcriptione intelliguntur, ratum duxi opus hoc diſpeſcere in Partes ſex: quarum

Prima, de Capite, cum adjuncto collo, Spinalique Medulla,

Secunda, de Pectore, Dorſo & Lumbis,

Tertia, de Ventre,

Quarta, de Ingravidato Utero, Fœtu, ejuſque annexis,

Quinta, de Artubus, partibusque hiſce continuis,

Sexta, de univerſa Oſteologia, aget.

Priuſquam autem machinam hanc in minutiores pergam reſolvere partes, integram ab utroque latere conſpiciendam exhibebo, in hac Partis Primæ

PRIMA TABVLA,

Repræſentans ab antica parte Maſculinum corpus.

A. Caput, diviſum in partem capillatam 1, & non capillatam 2, in qua
B. Frons.
C. Naſus.
D. Oculorum,
E. Genarum,
F. Auriumque ſiniſtra.
G. Os, ſive apertura
H. Labiorum.
I. Mentum.
K. Collum.
L. Pectus, cujus propriæ partes exteriores dicuntur,
M. Papillæ.
N. Scrobiculus.
O. In Ventre, ſive Hypochondrio viſuntur,
P. Epigaſtrium,
Q. Ilia, Inguina; ejus medium
R. Umbilici & Infima pars,
S. Pudendi nomine gaudet. Artus vocantur
T. Brachia, &
V. Crura, quibus
W. Femora,
X. Pedes,
Y. Humeri &
Z. Manus adjungenda veniunt.

Sed ut utriuſque ſexus Corporis differentias extimas conſpicere Lector poſſet, oſtenditur in

T. 1.


A
A

SECVNDA
TABVLA

Fœmineum etiam ab anteriore parte denudatum Corpus, ad ſexus diſcrimen; à Maſculino differens, circa Muſculorum ſubcutaneorum protuberantias, itaque rotundum magis apparens. Quia vero in præcedenti ſingulas utrique ſexui communes partes depingi curavi, hac in delineatione Fœmineas tantum notabo, ut

A. Mammas.
B. Pudendum.

Qua ſeſe poſterius exhibet Corpus facie, videmus in

TERTIA TABVLA.

A. Capitis pars posterior sive Capillata, cujus medium,
B. Vertex, Latera
C. Tempora, Finis
D. Occiput vocatur: huic continui sunt
E. Cervix, &
F. Humeri. Thoraci opponitur
G. Dorsum, ut Ventri,
H. Lumbi. Designantur porro per
I. Nates,
K. Femorum,
L. Crurum, &
M. Brachiorum partes posteriores. Quia vero hæc omnia singulatim latius describenda erunt, initium faciam à Capite, parte illa corporis quæ sese supra primam Colli vertebram oblongâ sphæricâque figurâ extollens, ex diversis, tam externis, quam internis, constituta est partibus: cum Corpore toto quasdam habet partes communes, itaque primum ejus integumentum, Cuticulam nempe, demonstrabo; estque hæc membranosum atque fibrillosum veræ Cutis operimentum, cui firmiter adhæret, plicas, atque fissuras hujus continuo assequens, crassitie & superficie variat, ut videre est in

QVAR-


A
B
C
D
E
F
F
M
G
M
H
I
I
K
K
L
L

Fig. 5.



Fig. 6.



Fig. 15.



Fig. 13.



Fig. 14.







F. 7.

F. 8.

F. 9.

F. 10.

F. 11.

F. 12.

F. 12.



Fig. 4.



Fig. 1.



Fig. 3.



Fig. 2.



QVARTÆ
TABVLÆ,

Figura I. In qua, ope Microſcopii, depicta eſt cuticulæ, ab exteriore manu diſſectæ, portiuncula. A. Foraminula, B. Sulci, & profunditates, C. Protuberantiæ veſiculoſæ, D. Crines per Cuticulam erumpentes, E. aſperitates, ſive filamenta, quibuſcum cuti affixa eſt. Craſſitiei differentia patet, in

Fig. II. Ubi delineatur cuticulæ pars à Pedis Planta ſeparata. Cui opponitur

Fig. III. Dorſi Cuticulæ avulſa portio. Quam variè ſulcata, plicata & contorta, juxta ſubjectæ cutis fibrarum glandularumque curſum ac plexum, viſui offertur in

Fig. IV. Pollicem, eodem microſcopii adminiculo depictum, referente. Ubi è puncto A. duæ lineæ B. in circulum ducuntur, quæ poſtea à lateralibus C. trigonis & varie flexis D, excipiuntur.

Cuticulæ ſubſtrata eſt Cutis, cujus à Brachio avulſa pars in

Fig. V. Et ſtructura, per opticum inſtrumentum depicta, in

Fig. VI. Oſtenditur. Tegmen eſt ex A. Papillis ſupra apertis Nerveis, Glandulisque Pyramidalibus & ſubrotundis conflatum. Hiſce interpoſita ſunt aquoſorum vaſculorum B. capillamenta. Papillæ hæ binæ conjunctim lineas ducunt rectas, ac per patentia vaſorum retia ad cuticulam uſque pergentes, è glandulis C, irrigantur. In trium vel quatuor papillarum medio locantur D. Sudoris vaſa, quibus E. Pili inplantantur. Ubi vero Pilo carent, pororum nomine indigitantur, ſuntque variæ figuræ, pro cutis extenſione, vel complicatura. Vaſa habet Cutis Arterias, Venas, Nervos, lymphæductus, qui inſtar Membranæ expanſæ, circa imam ſive interiorem Cutis partem, ſtrati inveniuntur. Quia vero vaſa hæc totum ferè corpus, ſingulamque ejus particulam conſtituunt, in ſequentibus de horum exortu, vel diſtributione nihil monebo; niſi ubi ſpecifica eorundem exigitur obſervatio, aut conſtitutionis hiſtoria. Patentia habet Cutis foramina ac aperturas, à prioribus diſtincta, ut circa Os, Nares, Aures, &c. Diverſæ eſt craſſitiei, complicata atque dura ut in Cervice, extenſa atque mollis ut in Facie. Nunc ſubjacentibus partibus firmiter adhæret, ut Auri & Pedum Plantis, nunc levi negotio ab hiſce avellitur; ut à Brachiorum Muſculis, pinguedine, &c. Cuti quoniam pili infixi eorumque in Capite copia exiſtit, hoc loco, (quod poſt hac præteribo) pilorum unum examini ſubmittam. Corpus eſt (Fig. VII.) flexile & pellucidulum, ex A. corneis ac globuloſis, varie inter ſeſe junctis coloratisque particulis, extructum; ubi humore fruitur copioſo, propendulum, exſiccatum autem, criſpum apparet; figurâ, ut plurimum, rotundum eſt, quamquam interdum (ut in Fig. VIII.) triangulare conſpiciatur. Globuli hi inter ſeſe ſtaminibus B. rectis atque transverſis vinciuntur. Lanugineque C. ornantur. Dividi Pilus poteſt, in D. apicem, E. partem intermediam & F. radicem ſive finem. Radix oblonga & veſicæ in modum extenſa cuti, ut ſupra indigitatum, inſerta, mucoſo humore obducta eſt; non quod ex ipſomet Pili jam avulſo corpore hic effluat, ſed ad involucrum hoc, ex quo Pili radix erumpit, per plurima lymphaticorum vaſcula mittitur. A radice, cui hic, ut ſæpius, adhæret G. cuticulæ pars, incipit Pili media portio; cujus apex non raro (vide Fig. IX.) in duos exiles finditur ramulos. Crinium differentiæ, reſpectu craſſitiei, viſui offeruntur, in

Fig. X. Inguinum, XI. Naſi, XII. Ciliorum crines repræſentantes. Sub cute ſuccedit Pinguedo. Totum ferè corpus tegens. Membranoſa ſtructura, in cujus cellulis, ductibus ac ſacculis racematim colligatis, Pinguedinis maſſa continetur. Quæ pro ſubjectarum partium cavitate, vel protuberantia, aut abundat, aut diminuitur. Quemadmodum in Capite, ubi in Occipitio præſertim demonſtrabiles, in Fronte vero exiles Pinguedinis partes inveniuntur. Abdominis itaque Pinguedinis portiunculam depingi volui, ut clarior in hiſce eruendis detur diſtinctio. Exterius porosâ magis laminâ (Fig. XIII.) A. quam interius B. obducitur. C. Ductus adipoſi. Specialis eorundem Pellucida Membranula oſtenditur ſub ſigno 1, Globuli glanduloſi ſub 2, Stamina quibus mutuo inter ſeſe vinciuntur ſub 3.

Poſtremo, totum corpus veſtiens integumentum, verè membranoſum, atque tenſile, priori, ut & ſubjacentibus partibus Fibrillis annexum, ab utroque latere aſperum, communis muſculorum Membranæ nomine indigitatum, depingitur in

Fig. XIV. ab extima, in

Fig. XV. ab intima parte. Craſſius eſt in exortu. Spinis enim Vertebrarum, quibuſdam tendinibus atque muſculis, fibrilloſo plexu adhæret. Communibus demonſtratis velaminibus; Capitis detectioni ſpecificæ me applicabo, cujus initium fit in

QVINTÆ TABVLÆ,

Prima Figura. Prædictis velaminibus A. decuſſatim diſſectis, primum Capitis proprium integumentum B. Pericranium, in conſpectum venit, Craſſæ Meningi per Suturas alligatum atque continuum. Membrana eſt tenuis, Fibrillisque innumerabilibus ſubjacenti C. Perioſtio affixa, cujus aſperitates, & avulſarum fibrarum veſtigia à Cranii poroſitate ſub litteris D. & expanſio ſub E. viſuntur. Notavi hic obiter Muſculi temporalis F. Suturæ Coronalis G. ut & Sagittalis H. portiones.

Amoto capitis ſupremo oſſeo tegmine, ea quæ in ejus concavo continentur, patefiunt, & quidem (Fig. II.) primo Meninx Craſſa A. primum Cerebri proprium involucrum, cujus hiſtoria enarranda venit; ſed ut ſimul, & ſemel videret lector Cerebrum (hoc in ſubjecto egregiè conſtitutum, elevatum, atque extenſum) in naturali ſuo ſitu, ac ſub cæteris velamentis reconditum, diſſecui à parte ſiniſtra B. Craſſam Meningem, C. per cujus denſum corpus, ſerpentino ductu circumvoluta Cerebri moles D. transparet. Membrana Craſſa Meninx, dura, multiplex, exterius ubi Cranium & Suturas reſpicit hiſceque alligatur, aſpera, interius levis, cerebri figuræ, atque circumgyrationi reſpondet. Per Fibrillas, membranas, atque vaſa circa baſin ita cum oſſibus & interius cum ſubjectis Meningibus cohæret, ut vix abſque laceratione ab eis avelli queat. Foraminulis perforatur pluribus, quæ, aut vaſorum, quibus ſcatet, aut nervorum propagationi, Cribri inſtar, inſerviunt: circa ſpongioſum os, pertuſa eſt, Medullæque ſpinali poſterius, pro conſtitutione ejus, exitum præbet. De hujus membranæ diſtributione primo notandum, eam duplicari in vertice, ibique Cerebrum dividere in partem dextram & ſiniſtram, quæ duplicatio Falcis nomine indigitatur, cujus, ut & hujus Meningis quadruplicationis effigiem, poſt hanc ſecunda, & tertia Tabula exhibebunt.

Cerebellum à Cerebro hujus etiam membranæ adminiculo diſtinguitur. Sinus habet in ſua duplicatione præcipuè quatuor, quorum detectio fit in

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig: 1.



Fig: 3.



Fig: 4.



Fig: 6.



Fig: 2.



Fig: 5.



SEXTA TABVLA,

Cujus prima Figura proponit reſectum Cranium A. Temporalis muſculi partem B. Craſſam Meningem C. cohæſionis ejus cum Cranio aſpera veſtigia D. Sanguinea vaſa flatu diſtenta E. Primus prædictorum Sinuum, cæterorum longiſſimus F. per Capitis longitudinem coſtæ inſtar elevatus, à Galli Criſtæ regione, licet ulterius interdum viſum ſit ejus initium, uſque ad Cerebri, atque Cerebelli interſtitia excurrit, atque hoc loco, cum duobus Sinubus Lateralibus, incurvato ductu, conjungitur, ut videre eſt in

Fig. II. Sinus hi A. ſepoſito Occipitis oſſe B. ad imam Petroſi C, vel prædicti Oſſis partem pergentes obſervantur. Deſcendunt ab utroque Capitis latere nunc juxta Suturam Lambdoideam, nunc paulo inferius, quandoque paulo altius. Quartus D, hic parum viſibilis, intro ad Pinealis Glandis ſedem deducitur. Præter hoſce & plurima alia ſinuoſa vaſcula ſæpius deteguntur; quemadmodum hoc in cadavere inſignes ſeſe obtulerunt Craſſæ Meningis variæ cavitates, & ſinus. Prior per Falcis medium exporrigebatur, alter brevis, in Lateralium Sinuum dextrum variis anfractibus abibat. Sinus hi ampli, internè validiſſimis ligamentis E. & Membranulis, vinciuntur atque coarctantur. Vaſorum orificia in eis frontem verſus hiantia F. ut & G. Suturæ aſpera cohæſionis ſigna extra numerum ſunt. Quonam apparatu horum vaſorum fit inſertio, colligi poteſt ex

Fig. III. A. aperti Sinus portio B. vaſa Sanguinea, C. eorum in Sinu patentia oſcula. Supra memorati Sinus Laterales, in Occipitis oſſibus ampliantur, concavitatesque ſibi proſpiciunt. Sinus cum adjuncta cavitate ab uno latere depingitur in

Fig. IV. Exhibet hæc A. Cerebrum Meningibus involutum, B. Oſſis Petroſi, C. Occipitisque fragmenta, D. Sinum Lateralem dextrum apertum, E. Foveam ſive oſſis cavitatem, F. Jugularem Venam, G. Stylumque cavitati immiſſum. Totam hanc Machinam flatu diſtentam, & exſiccatam, proponit

Fig. V. A. *Lateralis Sinus abſciſſus*, B. *Craſſæ Meningis laceratæ* & abſciſſæ portiones. C. Cavitas ovalis hîc, ſed alias pro ſubjectorum varietate, variæ figuræ. Filamenta D. diſrupta. E. Jugularis venæ initium. Ut multum Venoſæ hæ cavitates, reſpectu ſtructuræ, à cæteris Venis differunt; ita quoque Arteriæ in Cerebrum ingreſſio multum ab ejus generis curſu ordinario diſcrepat; quod

Fig. VI. (Licet monuerim, me de Sanguineorum vaſorum diſtributione, non niſi ſpecifico loco dicturum) propter hujus loci opportunitatem, non inconſultum viſum eſt, proponere. A. Carotidis arteriæ, Cerebrum verſus tendentis, pars. Tunica adſcititia B. hic ſeparata, C. diſruptæ Membranæ veſtigia, atque filamenta; D. Prædictæ arteriæ in Cerebrum abeuntis portio.

Quo ritu Craſſa Meninx Cerebellum, ab ipſo Cerebro ſuperius ſeparatum & diſtinctum quaſi tenet, denotatur in

SEPTIMÆ
TABVLÆ,

Prima Figura, ubi Cerebrum A. elevatum & anterius reclinatum, ope vinculi B. & aſſiculorum C. ſuſpenſum tenetur. D. Quadruplicaturæ Craſſæ Meningis partes diverſæ. E. Fiſſura in parte ſiniſtra, ut in conſpectum veniat F. Cerebellum, ab altero latere Meninge hac G. tectum. H. Limbus hujus Meningis, viam oblongatæ Medullæ præbens. I. Diſſecti cranii partes. Cutis cum annexis deſignatur ſub K. Sed opus eſt, denudatum à poſteriore parte, Capite inverſo, Cerebellum in naturali ſitu & connexione exhibere, ut fit in

Fig. II. A. Oblongata Medulla B. Nervorum quorundam, poſtea deſcribendorum, varii exortus C. ſepoſita Craſſa Meninx D. Cranii & E. exteriorum Capitis involucrorum veſtigia. Antequam vero ad alia Cerebri integumenta pergam, ea quæ de hacce Meninge Craſſa dicenda & demonſtranda reſtabant, abſolvenda erunt. Conſuletur itaque ſequentis

OCTA-

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 5.



OCTAVÆ
TABVLÆ,

Figura prima: exprimit hæc ſuperiorem atque poſteriorem hujus Meningis exſiccatæ portionem, in qua A. Falx, B. ejus Sinus ſuperior, C. inferior, qui non ſemper invenitur, D. Vaſorum Sanguineorum orificia. E. Ejus initium ab Oſſe Cribroſo & Galli Criſta avulſum. F. Sinus Lateralis dexter. G. Duæ quadruplicaturæ partes. H. Styli, funiculi, aciculæ, quibus in exſiccando, Membranæ moles fulciebatur. Sinuum ſupramemoratorum itidem exſiccatorum & vento diſtentorum concurſus demonſtratur in (Fig. II.) abſciſſis Lateralibus Meningis Craſſæ laminis, reſervati tantum ſunt, A. Sinus Longus ſive Falcis ſuperior. B. Lateralis & C. quarti pars; quibus omnibus D. ejuſdem ſtructuræ ſurculi quidam inſeruntur. Falcis alligatio ſive initium à Galli Criſta & Cribriformi Oſſe oſtenditur in

Fig. III. In qua A. Os Cribroſum. B. Galli Criſta. Huic affixa Falx C. cujus exſiccata facies oſtenditur in

Fig. IV. A. Falcis pars anterior. B. Poſterior. C. Inferior ſive Limbus. D. Disrupta vaſa ſanguinea.

Secunda Cerebrum obvolvens Membrana, utpote non nota, vel ſaltem non deſcripta, cum venia dixerim, fuſiore indiget explicatione. Tertia circiter à morte horâ maſculi capitis Cerebrum inveſtigans, ablato Cranio, Craſsâque Meninge & anterius elevato Cerebro, obviam mihi venit albicans imo & pellucida Membranula. Primo intuitu ſuſpicabar me, quod in humidiore Cerebro facile accidit, Meningem Tenuem, ſublevatione anteriorum Proceſſuum, ab ipſo Cerebri corpore ſeparaſſe, vel in duas diviſiſſe lamellas: cum vero rem ulterius indagare inciperem, opportunum mihi fuit obſervare, Membranam quandam minimis ſanguineis vaſculis ornatam, Tenui Meninge craſſiorem & Craſſiore tenuiorem, inter haſce reconditam, circa primum Oſſis Cuneiformis foramen ita duabus Meningibus affixam, ut vix divelli potuerit, obvolutisque nervis anterioribus, ſurſum pergentem. Circa Cerebri baſin, ubique ſubjacentis Membranæ portionibus & conſequenter cum iis, oſſibus, puta Oſſis Petroſi Proceſſui, Oſſi occipitis & aliis ejuſdem aſperitatibus firmiter annectebatur. Membrana hæc, quam Mediam Meningem voco, in omnibus Cerebri circumgyrationibus invenitur, eademque eſt, quæ etiam Spinalem Medullam, præter duas notas, ambit. Quod in rem præſentem facere poteſt, Spinalem Medullam tribus, ad minimum, includi velaminibus, receptum eſt, quid ni & etiam Cerebrum? cum Medulla hæc, hujus tantum ſit elongatio. Dubitandi ergo anſam non relinquit: in Membranarum enim productionibus obſervo, quod, ubi ab exortu procedunt, non niſi filamentacea expanſione finiuntur, aut oſſium apophyſibus inſeruntur. Sed ne diutius huic rei immorer, hujus Membranæ diatheſin autopſiæ ſubjicio, quæ oſtenditur in

Fig. V. Repræſentante A. Cerebrum ab oſſea compage & Craſſa Meninge liberatum. B. Cerebellum, C. Vermiformem ejuſdem Proceſſum, D. Spinalis Medullæ diſſectæ portionem. F. Cerebri ſupremam ſeparationem, ex Falcis, nunc avulſæ, productam immiſſione. F. Proceſſus Mamillares ſive anteriores. G. Mediam Meningem ſeparatam & reclinatam. H. Diſſectorum vaſorum diſtributiones.

Tertia, quæ Cerebrum obducit Membrana, Tenuis eſt Meninx, I. ſingulos Corticalis ſubſtantiæ receſſus, anfractus & protuberantias K. proxime involvens, ut liquet L. totum hoc velamen, frequentiſſimis M. Retiformibus ac Hederaceis vaſorum perreptatur diſtributionibus, quarum propagines ad ipſa penetralia quaquaverſum derivantur. Sepoſitis tribus hiſce velaminibus & à parte ſuperiore luſtrato ipſomet Cerebri corpore; ut ſeſe à parte poſtica, ſive inferiore ſuperficie exhibeat, priuſquam ejus interiora eruam, inſpectioni ſubjicio, ſub explicatione

NONÆ TABVLÆ,

Cujus prima Figura repræſentat A. Cerebri baſin, diviſam in Lobellos B. quatuor, anteriores C. & poſteriores D. anterius ſeſe offert E. Infundibulum, propendens quædam Cerebri, è laxioribus mollibusque conflata fibrulis, portiuncula, ſita inter Oblongatæ Medullæ crura, Pituitariæ vero Glandi non inſerta, ſed Membranarum ope alligata. Connectendi modum ut & quorundam nervorum exitus è Cerebro, exhibet

Fig. II. A. Cerebri Proceſſus anteriores, manu B. elevati. C. Infundibuli pars Cerebrum reſpiciens. D. Pituitaria Glans. E. Membranoſa connexio. F. Nervi Olfactorii. G. Optici. H. Oculos moventes. I. Involucrorum & K. Cranii veſtigia.

Infundibulo adjacet, ut iterum ad primam Figuram revertar, F. globoſum, ſubdurumque corpuſculum, inſtar duarum glandularum eminens, vel propriè propendens. Huic contigua eſt G. Oblonga Medulla, cujus ulterior Proceſſus H. extra Cranium Spinalis nomine gaudet. Medulla hæc oblonga duplici tubulorum genere conſtat, aſcendentium ab intimo medulloſo corpore & deſcendentium ab impoſito ſuperiore Cerebro; unde ejus ſubſtantia dura atque funiculoſa, armato oculo apparet. I. Annularibus Medulloſisque conſtipatur Protuberantiis, fibroſis vero tubulis, à lateribus obvelatur. Proceſſus habet varios, quibus Cerebri, ut & Cerebelli moles cum adjunctis mutuo devinciuntur, & quaſi conjunguntur. Intimus horum cum Spinali protenſione aſpectus & ulterior deſcriptio exhibebitur in ſequenti delineatione; hoc autem loco exterior tantum ejus facies, ut & ea Cerebelli, tractari potuit. Huic corpori inſiſtit K. Cerebellum; anfractuum atque circumgyrationis reſpectu, tam L. externè, quam M. internè plurimum à Cerebro, vulgariter dicto, differens: Extrinſecus namque lamellarum appoſitè ſitarum in modum conſtruitur; intrinſecus Medullaris ejus ſubſtantia N. inſtar arboris exfoliatorum ramorum, diviſa, Choroideo Plexu & glandularum ſerie ſpectabili, inſtructa eſt. Proceſſum emittit præcipuum, hic non conſpicuum, Vermiformem, minores plures O. implevi porro P. Vaſa ſanguinea, ad majorem differentiam cerâ, ideoque hîc diſtenta apparent. Hiſce viſis, ſummam merentur conſiderationem Nervi; quorum partes totum conſtituentes ſive ſtructuram & ſubſtantiam, ubi de Cerebri mole ſermo erit, explicabo. Jam vero de eorum exortu & diſtributione præcipua iconographicè differendum. Horum conjugatio prima Q. Odoratoria audit. Ex Oblongatæ Medullæ cruribus initium, viamque inter ſtriata quædam Cerebri corpuſcula & Opticorum Nervorum thalamos ſumens, Cæteris mollior, Mammillari Proceſſu R. prædita & licet flaccidula, hic & plana appareat, in vivis tamen rotunda eſt. Innumerabilium ſubtiliſſimorum nervulorum apparatu, S. ipſi Cerebro & poſtquam Oſſis Cribriformis ſinus, foraminula, atque poroſitates permeavit, Naſi velamini interiori & Glandulis inferitur. Horum nervulorum ductus atque ſitus, parallelus nempè, obſervatur, ubi per immiſſum tubulum, flatu eorum involucra parum diſtenduntur; tum enim, faſciculorum rectà & in longum ſtratorum, plurimæ claſſes angulos, ob mammillarem rotunditatem, ſub finem patientes, diſtinctè ſeſe offerunt. Qui primos hoſce ſequuntur, Optici ſunt T. quo ad ſtructuram præmagni & omnium, intra Cranium oriundorum, craſſiſſimi. Horum origo mollis eſt, è Thalamis Opticis, juxta ſtriatum corpus, poſt cujus tranſitum V. fibroſo nexu uniuntur; non quo ad minutiſſimos tubulos, ſed eorundem faſciculos, qui arctius complexiusque quam Odoratorii, mutuo membranis vinciuntur. In unum non coaleſcunt, ſed utriusque lateris tubuli ac filamenta proprium ſibi ductum, uſque in Oculi Centrum, tenent. Poſt ſupra memoratum coalitum, duriores evadunt, atque, ut inferius, ita hic W. ſepa-

rati

Fig. 3.



rati obſervantur. Præter reticularem ſanguineorum, quo obvelantur plexum, ſequentium nervorum filamentaceas quaſdam divaricationes, accipiunt.

Tertium Par X. Oculorum motorium, originem ducit, ex Y. Oblongatæ Medullæ baſis medio, à quo quadripartitum ad oculi partes tam externas, quam internas fertur. Hujuſce Paris fibrulæ, ſive tubuli craſſi, duri, tenſiles & prædictis minus flexiles exiſtunt, involucro lateralibus ita villoſis emiſſionibus adhærentes, ac ſi cum eo, illud cum iis, unius eſſet generis organum. Circa Paris Quarti Pathetici, ſive Oculorum Motorii Secundi Z. exortum, atque divaricationem, quædam notatu digniſſima exſurgunt & quidem primo, quod è regione Natium, ex Oblongæ Medullæ dorſo & commiſſura Medullarium Proceſſuum, à Teſtibus in Cerebellum deſcendentium, non enarranda minutiſſimarum fibrularum turmâ radioſè diſperſa, ſuboriatur. Secundo, quod horum faſciculi ſatis laxi, ubi ſub Meningibus, Oblongatæ Medullæ latera tranſiere, duriuſculi reperiuntur. Quo ad ejus ramificationes, præter unam inſignem & quidem nominis auctorem, recto ductu ſemper in Trochlearem Muſculum inſitam, alias quandoque nonnullas oculi, atque faciei partibus communicat; cum autem hoc fit, majuſculum & ſub jam indigitatis velaminibus paulo ab exortu diviſum eſt, ſequentisque Paris Quinti *a.* vicem, licet reſpectu principii varient, pro parte præſtare videtur. Sub unico hoc Quinti Paris nomine comprehenduntur varia, diſtinctaque nervorum quædam paria; quorum primum & ſecundum originem ſuam debet annularis Proceſſus lateri. Horum faſciculorum tubuli minores, tendinum inſtar duri, cæteri ejuſdem numeri & nominis nervi, molles, flacciduli, primisque majores, ab extimo medullæ margine, aut prædicti proceſſus initio, ortum ducunt. Hujus claſſis Nervi Oculos, Naſum, Genas, Os, Palatum, Linguam (unde Guſtatorii etiam vocantur) uno verbo, hederaceo plexu & capillari divaricatione plurimos anterioris capitis muſculos, imo Pari Intercoſtali aſſociati, Gulam, partesque ei vicinas inferius, tam externas, quam internas perreptant.

Sextum nervorum Par, non incongrue Timidum, *b.* ab annularis protuberculi fundo ſive baſi fibrulis valde latis ac Membranaceis exoritur; ad oculi partes varias, præcipue muſculos, dimittitur; ita ut ſub Oculorum Motoriorum genere ſit colligendum.

Septimæ conjugationis Nervi *c.* Auditui inſervientes duo, eique diverſæ conſtitutionis ſunt. Primi *d.* enim è fibrulis Mollioribus conflati, ab imo annularis protuberantiæ latere initium habent, intimaque auris organa exornant. Secundi *e.* qui funiculorum inſtar tenſiles exiſtunt, ex ultima Medullæ circumſcriptione producuntur; poſt trifariam diviſionem & cum paris vagi ramulo conjunctionem, meatus auditorii velamentis, præcipuisque tam vocis, quam auditus, puta laryngis, oſſis hyoidis, oris, aurisque muſculis implantantur, imo ad oculum exteriorem deferuntur. Ab hiſce tribus ſuperioribus Paribus nervi quidam membranaceo velamini ſeparatim incluſi & diſtincti intercoſtale Par, octavum, *f.* conſtituunt, quod licet cum præcedentibus & ſequenti nono ſive vago pari, ſummam intricatamque communionem, inoſculationem atque ſocietatem habeat, ut ſpecificum tamen, tam reſpectu originis, quam diſtributionis numerandum venit; oritur enim plexuformi initio ex annularis Proceſſus baſi, pari ſexto & ſeptimo aſſociatum, idque ita obvolvens, ut non, niſi ubi quinti & ſexti paris inoſculatio fit, diſtinctè ſeparatum abſque adjumento, conſpici queat. Quod ad diſtributionem, non tantum gulæ & colli quosdam muſculos ſed & pectoris, quinimo & ventris, tam exteriora, quam interiora organa perambulat. Qui jam ſequuntur nervi, ſub paris noni vagive *g.* claſſe omnes comprehenduntur; quamquam duodecim, quindecim, imo & viginti ſæpius ex Medullæ lateribus ut & fibruloſa cauda, paulo infra auditorium par, diſtincte erumpentes inveniantur. Ex nominis ſignificatione, hujuſce paris diſtributio, Vaga ſcilicet, intelligitur. Primi ejus Nervi duræ robuſtæque, cæteri mollioris ſunt conſtitutionis. Poſteaquam innumera ſobolum, conjugationum, atque inoſculationum ge-

nera exprompſerunt, ab anteriore, quemadmodum intercoſtales à poſtica parte, pleraque duarum cavitatum viſcera, ſuis ramificationibus ac tubulis, ditant.

Decimum Nervorum conjugium *h.* per excellentiam Spinale, inter ſextam, aut ſeptimam cervicis, imo primam dorſi vertebram, ex Spinalis Medullæ latere, cui in aſcenſu fibrulis valde tenuibus connectitur, originem petens, muſculis cervicis ſuos impertit ramulos, ultimos vero, ſcapulæ Muſculus excipit. Licet cum præcedentis & ſequentis paris fibris, coaleſcere videatur, non tamen, nec in exitu per oſſeum foramen cum iis unitur; ſed ſemper (quod in decocto capite levi labore perſcrutatur) horum propagines à ſe invicem diſtinctæ manent.

Undecimam Nervorum claſſem *i.* complexam vocare, ſtructuræ convenit. Oritur enim tubulis pluribus, tam latis & mollibus, quam teretibus & duris, qui in plexu uno, ubi deorſum tendere incipiunt, omnes continentur, ex medullæ caudæ medio corpore, poſtquam cum duodecimo ſocio & ſpinali ramo, inferiores vocis organi muſculos viſitavit, præcipuè (non quibuſdam glandulis ſuos negans villoſos plexus) linguæ baſi inferitur.

Ultimi nervorum faſciculi *k.* tam intra cranium, quam Colli vertebras, priores ex longa Medulla, infra proceſſum occipitis oriuntur, ita ut ſi ipſis nomen diſtinctionis ergo ſit tribuendum, Occipitales nuncupandi erunt. Horum diſtributione gaudent, Cervicis atque Colli Muſculi.

Hi ſunt nervi, qui intra cranii ambitum oriri dicuntur; quorum numerum non perturbare, ſed augere coactus ſum; Quod nullam confuſionis ſpeciem præbet; tanta etenim auctorum, in hiſce claſſibus enumerandis, eſt differentia & diſſenſio, ut de numero liberum ſit diſponere, modo ad diſtinctionem tendat.

Antequam Spinæ Medullam, nervoſque ſpinales demonſtrare pergam, cranii baſin cum contentis, pro parte Meninge Craſſa & mediâ tectam, exhibeo per

Fig. III. In qua oſtenduntur A. diſſecti cranii veſtigia. B. Criſtæ galli dorſum. C. Oſſis cribriformis duæ partes. D. Meninges, cranii baſin contegentes. E. Occipitis oſſa ab hiſce libera. F. Olfactoriorum nervorum abſciſſæ protuberantiæ mammillares. G. Nervi optici. H. Oculorum motorii. Inter hoſce & primos præcedentes, ſita eſt I. Glandula quædam pituitaria, melius ſellæ nominanda, ejus enim medium occupat. Glandula hæc ex pluribus ejuſdem generis partibus, quarum ſingulæ fibroſo nexu cohærent involucro, conflata, ſuperius excavata, ſanguineorum vaſorum reticulari plexu ornata, à cerebri velamentis portionem acquirit. Huic ſine continuitate ſubſtantiæ ſupernè Infundibulum, K. infernè Lymphaticorum plurima capillamenta adhærent. Nervi Pathetici L. Guſtatorii. M. Timidi. N. Auditorii. O. Vagi. P. Spinales. Q. Complexi. R. Occipitales, S. hic aliquantum, ob divaricationis viſendæ modum, extracti. T. Foramen, Medullæ Spinalis exitui è cranio inſerviens. Hæc de cerebri exterioribus: de interioribus verò phænomenis quæ ſequuntur.

Tota Cerebri compages apte dividi poteſt, in Corticem, Medullam & Nervos. De quibus ut ordine agatur, inſpiciendæ ſunt figuræ,

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 6.



Fig. 7



Fig. 5.



Fig. 8.



Fig. 4.



Fig: 4.
A
A
B
B
28
30

DECIMÆ
TABVLÆ,

Quarum prima, totam cerebri molem, una cum appenſis, imo Medullarem caudam exhibet. A. Avulſæ Meninges. B. Cerebri transverſim diſſecti portiuncula, in qua C. circumgyrationum, anfractuumque profundi Sulci, ut & D. Corticalis, E. Medullarisque differentia exſtat. Cerebrum Glandulam, aut ſi mavis, glandulo-ſam eſſe maſſam, ex corticis denudatione, patebit. Cortex hic qui omnes Cerebri partes, Spinalem etiam Medullam, ambit, innumerabilium Glandularum ſubcineritiarum eſt acervus. Hæ omnes licet tortuoſè videantur diſpoſitæ, tamen, racemorum ad inſtar, acervatim colliguntur, ordinesque rectos duos & interdum tres efformant. Figurâ, nec magnitudine unaquæque cum adjunctâ ſibi vicinâ convenit. Præ majore enim vel minore compreſſione, ovalis, rotunda, tubuloſa vel plana magis apparet: ex hiſce quædam ſunt Fibroſæ, aliæ Membranoſæ aut Veſiculoſæ, omnes Vaſorum Sanguineorum capillamentis obvolvuntur, perforantur & cum cæteris, ſuis vicinis, majuſculis ramis ſanguiferis appenduntur. Hujus ſtructuræ corpora, etiam inter Medullæ varias partes atque interſtitiola, inveniuntur tubuloſa. Ultima harum glandularum ſeries continua eſt, multiplicibus pellucidis fibrulis, aut tubulis, qui omnes faſcium modo, tam nerveis, quam ſanguiferis vinculis mutuo cohærentes, vario ductu & flexu, ſinguli ad ſingulas glandularum claſſes deferuntur. Albicans hoc cerebri corpus, Medullæ nomen ſibi vendicat. Hujus plurimi tubuli, circa Cerebri baſis medium, vel oblongæ Medullæ, Cerebellique fundum convenientes, Nervorum genus, corpora teretia, tenſilia, ſive minimorum ſuæ ſtirpis tubulorum faſciculos producunt. Ita ut Medullæ producti tubuli poſtquam Meningibus circumducti ſunt, Nervorum nomen ſuſcipiant. Medullæ tubuli interius arctius complicati, corpus efformant calloſum. Quæ huc uſque de prædictarum Glandularum & Tubulorum facie atque ſtructura dixi, in cocto Cerebro opticis vitris deteguntur: ut demonſtrat

Fig. II. A. Cerebri cocti portio. B. Meninges tres cerebrum obvolventes, ſeparatæ. C. Vaſa Sanguinea. D. Eorundem Capillares diſtributiones & reticulares plexus. E. Glandularum corticalium variæ ſeries. F. Tubulorum hiſce convenientium faſciculi, Medullam conſtituentes. G. Faſciculorum lobi, ſive ſeparationes & racemi, qui variis angulis intorquentur, incurvantur atque diverſimodè diſponuntur. H. Tubuli complicati & ex iis producti. I. Nervi. Cerebri moles hic aperta, Ventriculo ſive cavitate ſuperius (vide Fig. I.) F. lata & quo magis ad Occipitis regionem properat G. anguſtiore gaudet. Concavum hoc ſpatium, vel Cerebri diſtantia hæc, Calloſi corporis H. fulcimento ſuſtentatur; Cerebrique portione tenui, cum appenſis atque protenſis velaminibus ſepti inſtar, Fornice I. nempe, diſtinguitur. Hujus Crura K. inter Striata corpora ſive Medullæ partes L, ex minus flaccidulis & magis membranoſis tubulis conflata, deſcendunt. Supra innui Cerebri Medullam varios educere proceſſus. Transverſum habet unum M. prædicta corpora connectentem, quæ ejuſdem ſunt ſtructuræ, cum protuberantiis Medullaribus ſequentibus. Quarum primæ N. Thalami nervorum opticorum, ſecundæ Natiformes O, tertiæ P. ſecundarum appendices, vaſorum compreſſura aliquantulum ſeparatæ, Teſtes vocitantur; harum protuberantiarum variè figuratarum tubuli, cum thalamorum imo ductu, ubi invicem aſſociati, verſus annulos & medullam deducuntur. Hiſce ſupernè adjacet Q. Pinealis protuberantia; Corpuſculum ſubdurum, multis medulloſis productionibus oblongæ Medullæ Lateralibus proceſſibus, quos auget & cum quorum Tubulis eandem tenet viam, adnatum & continuum: inter haſce prominentias, Sinus ventriculum reſpiciens invenitur, Pinealem eminentiam glandiformem à cæteris ſuis vicinis diſtinguens. Huic ſuperſternitur, ſed hic parum è ſitu debito remotus R. Plexus choroides, utriuſque generis ſanguineorum vaſorum, nervorum, plurium Lympha-

ticorum, Glandularum, atque Membranacearum expanſionum, Ventriculi parietibus, præcipuè thalamis, ſtriatiſque corporibus, villoſis fimbriis adhærentium, tortuoſa contextura. Hujus unius alæ anatomen, ut ſeſe opticis adminiculis tractanda præbuit, oſtenditur, in

Fig. III. A. Membranacea involucra vaſorum faſciculos inveſtientia, ſeparata. B. Arteriarum, C. Venarumque gypſo & ipſo ſanguine repletarum ramuſculi & plexus. D. Lymphaticorum rami, ut fieri potuit flatu diſtenti. E. Tubuli Nervoſi. F. Glandulæ præter ordinem hiſce interſitæ, quarum aliæ duriores & fibroſæ, aliæ veſiculoſæ & flaccidæ magis reperiuntur à teſtiformibus protuberantiis (vide Fig. I.) Proceſſus emittuntur duo S. è quorum commiſſura T. quæ in medio eſt, Nervorum Patheticorum V. quemadmodum ex Spinali Medulla inferius W. Spinalium exortus, in utroque latere, obſervatu dignus eſt. Hi Proceſſus, ubi una Cerebellum X. hic diviſum, attigere, ſinguli ſuos Medullarium Tubulorum faſces Y. Ramuſculorum inſtar exfoliatorum Z. diſpergunt. Sub Cerebello, oblongæ Medullæ cauda, cui foveola quædam impreſſa, atque Spinæ Medullæ initium latitat. In Medullæ hoc extenſo corpore notanda ſunt, ejus involucra, *a. b. c.* hic diſſecta & expanſa. Figuram, longitudinem, latitudinem atque Craſſitiem pro Vertebrarum capacitate & Nerveorum manipulorum majore, ut circa Brachia & Crura, vel minore, ut circa Dorſi medium, copia, atque exitu, ad ſingulas partes ſortitur. Satis conſpicua ejus juxta longitudinem diviſio eſt, ſed tamen ita, ut ab alterutro latere cohærentes Tubuli dimittantur, ut liquet in

Fig. IV. A. Spinæ Medullæ transverſim diſſectæ portiuncula. B. Diviſio intermedia C. Tubulorum connexiones ex memoratæ Medullæ Spinæ utraque parte exteriore D. diverſimodè colligati & aſſociati Tubulorum manipuli, qui poſtquam Vertebrarum, huic exitui deſtinata foramina, tranſiere, in nodos ſive globoſos plexus coëunt. Manipuli hi 30. quorum quidam inſigni multitudine, quidam unico ſocio ſpectabili, ſub Nervorum Spinalium nomine erumpunt, in claſſes dividuntur tres. Horum ſeptem primi (Fig. I.) 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Collo, ſequentes duodecim 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Dorſo, horum vicini ſex, 20. 21. 22. 23. 24. 25. Lumbis, ultimique quinque, 26. 27. 28. 29. 30. Sacro oſſi exitum ſuum debent. Egrediendi modus colligi poteſt, ex

Fig. V. A. Medullæ Spinalis circa tertiam dorſi vertebram exciſa portio. B. Velamina expanſa. C. Tubuli ab utraque parte deſcendentes. D. Horum contiguitas, & extra Vertebram E. nodoſus plexus. Fiſſuræ F. & Vaſorum G. veſtigia. Poſt egreſſum è Vertebris, ſinguli propagines edunt & ad ſibi viciniores partes abeuntes, Capillaribus ac Villoſis ſuis productionibus, tandem viſum aufugiunt & indefinite dividuntur. Nervi ſtructura per opticum inſtrumentum depicta, demonſtratur in

Fig. VI. A. Nervi propago è Collo diſſecta. B. Sanguifera vaſa. C. Tubulorum ſeparati faſciculi. D. Tubuli lateralibus fibrulis cohærentes. E. Tubulorum villoſæ extremitates, prout delineari potuerunt. Totus Medullæ Spinalis tractus, Vertebrarum, ut & Oſſis ſacri interioribus parietibus circumſeptus, valido & pinguedine glandulisque præſertim poſterius referto, incraſſatoque perioſtio & ligamentorum expanſione membranacea, involucri inſtar adventitii quarti, obvelatur. Ab hoc quoque Spinæ involucro Nervi membranacea filamenta devehunt; unde quo magis hujuſce participes ſunt & ad Brachia vel Sacrum os feſtinant, duriores, robuſtioresque evadunt. Divulſa hujus velaminis pars repræſentatur in

Fig. VII. A. Spinæ Medullæ pars poſtica, Spinas reſpiciens, ſuis incluſa B. velamentis propriis. C. Supramemorati velaminis adventitii lamina, ſtylo elevata. Huic inhærent E. Pinguedinis facculi, hisque glandulæ. F. Erumpentes nervorum coagmentationes. Viſo Cerebro, Medullari Proceſſu, Nervorumque inferiore ſyrmate, quaſdam eorum ſoboles ſuperiores & quidem primo opticas, proponam. Ab oculis itaque faciei deſcriptionem inchoare præſtabit. Oculi partes tam exteriores, quam interiores, reſervatis oſſeis, delineantur, in Figuris

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 6.



Fig. 7.



Fig. 8.



Fig. 9.



Fig. 10.



Fig. 11.



Fig. 12.



Fig. 14.

Fig. 15.

Fig. 16.



Fig. 21.



Fig. 17.



Fig. 18.



Fig. 19.



Fig. 20.



Fig. 13.



Fig. 5.



Fig. 4.



Fig. 22.



Fig. 23.



Fig. 24.



T. II.

VNDECIMÆ
TABVLÆ.

Exteriores partes in Figuris I. & II. demonſtratæ, ſunt A. Supercilia, Crines variâ inſertione B. circuitum oculi extremum ſemicirculari arcu à Naſo C. uſque ad encanthum minorem D. obambulantes. E. Palpebra ſuperior, F. & inferior. G. Glandulæ, quarum una hic viſibilis H. Præter toti corpori communia involucra, Palpebræ, ex Crinibus, Cartilagineo arcu, ſive Ciliis, Muſculis, Glandulis & Vaſculis hiſce propriis, conflatæ ſunt. Crines ſuperioris, ſuperius, inferioris Palpebræ, inferius incurvati, cartilagineo Membranis articulato arcu, inſeruntur. Crines hi vicinas habent Glandulas minores, cum majoribus, præſertim ſuperiore, aſſociatas. Ex hiſce & prædicta ad Palpebrarum ora extima emittuntur vaſcula quædam inſtar Lymphaticorum. Glandula hæc ſuperior, oculi dorſo incumbens, ex pluribus racematim colligatis glandulis, uno Membranaceo involucro circumveſtitis, ab encantho minore, totum fere oculi ſuperius hemiſphærium contegit, ut in

Fig. III. Ubi A. Cutis cum annexis avulſa. B. Oculi oſſea orbita pinguedine & muſculorum diſſectis fibrulis tecta. C. Glandula ſuperior. D. Ejuſdem ductus proprii. Glandulæ, propria circumſcriptione gaudentes, hiſce interpoſitæ E. Muſculos palpebræ habent (Fig. IV.) tres: primus A. rectus, à Membranaceo involucro oſſeam oculi orbitam obducente, ubi Nervum opticum obvolvit, originem accipiens, Palpebræ margini lato expanſoque tendine inſeritur. Sequentes duo ſemicirculares ſunt, ab involucri Naſi ſuperiore, lateralique parte, uſque ad encanthum minorem extenſi, unus B. ſuperior, alter C. inferior eſt, ambo circulum ovalem efformantes. Horum tendines circa exortum uniti quaſi apparent. Secunda, majorem oculi angulum replens glandula, lacrymalis nuncupatur. (Fig. I. H.) Dura hæc & vaſculis ſolidioribus inſtructa, quæ inter palpebrarum tunicas excurrunt, aut meatibus, Naſo propriis, ſuas impertiunt propagines. Ut quæ de Glandulis, Vaſculisque hiſce deſtinatis, dixi, melius intelligantur, inſpiciatur

Fig. V. In qua naturali magnitudine adauctâ, quædam per microſcopium, quædam ad hanc normam, & proportionem depicta proponuntur. A. Cutis cum annexis remota. B. Glandula ſuperior: C. minores ex quibus hæc conflatur. Ductus proprii, eorumque orificia. D. Glandulæ hiſce interſitæ E. Cilii cartilagineus arcus F. Membranis G. articulatus. Ciliorum crines ſuperius incurvati H. Glans lacrymalis I. Naſi oſſicula fracta, partim ſepoſita K. Ductus naſum L. & Palpebram verſus M. tendentes. Sepoſitis Palpebris & prima Ophthalmographiæ parte, procedendum erit ad

Fig. VI. Comprehendit hæc A. Oculi tunicarum adſpectum exteriorem, Tunicam B. corneam, cum Pupilla. C. Circumjacentes partes ſunt: D. abſciſſæ Palpebræ. E. Oſſeæ orbitæ pars ſuperior, F. inferior. Priusquam de Tunicis agam, oculi Muſculos exhibebo. Horum quatuor recti, duo obliqui vocantur. Recti ſunt (vide Fig. VII. & VIII.) A. ſuperior Attollens, B. inferior Deprimens. C. Lateralis, è minoris anguli regione Abducens. D. Lateralis, è regione Naſi ſive majore Adducens. Omnes hi à Tunica, E. Oculum inveſtiente, ubi Nervus opticus oculum ingreditur F. eundem habent exortum & ab exortu Proceſſum, ad Corneæ tunicæ extimam expanſionem. Lati tenuesque eorum tendines, hic ſeparati, ad Corneæ circumſcriptionem invicem membranæ inſtar aſſociantur. Primus obliquorum G. quem Amatorii nomine deſignabimus, inter duos deprimentem nempe, & adducentem muſculos, à minoris anguli velamine aſcendens, ſuperius Corneæ ex Iridis regione, utplurimum inſeritur; hoc vero in ſubjecto, prædictos exterius obreptabat. Secundus H. Trochlearis, ortum ducens cum primis quatuor, ſitum habet triangularem: recto enim ductu ad oculi angulum majorem I. procedens, huic, ope Trochlearis organi K. circularis muſculi, Cujus tendo naſi oſſis integumento affixus eſt, alligatur; Muſculoque hoc perforato, ad quinti uſque inſertionem L. progreditur.

Horum ſex Muſculorum interſtitia, adipe glanduliſque pluribus implentur. Separatos hoſce & explicatos extra oſſeam oculi foveam, oſtendit

Fig. IX. A. Muſculus attollens, B. deprimens, C. abducens, D. adducens. E. Trochlearis. F. Trochlea, ſive circularis. G. Amatorius. Horum, in modum membranæ expanſus, tendo H. I. Pupilla ſive pellucida tunicarum circumferentia. K. Nervus Opticus, ut ſeſe à poſtica parte exhibent, conſpici poteſt in

Fig. X. A. Muſculus Attollens, B. Deprimens, C. Abducens, D. Adducens. E. Amatorius. F. Trochlearis. G. Circularis ſive Trochlea. H. Nervus Opticus. I. Oculi globus: hujus Membranæ, præter Adnatam A, (vide Fig. XI.) è Cranii perioſtii & Muſculorum tendinoſa expanſione efformatam, reticulariter unitam oſſique proximam, tres ſunt à Cerebri involucris derivatæ. Prima B. Cornea eſt variis ejuſdem ut & ſequentium Tunicarum ſubdiviſionibus non neceſſariis, una enim & continua quæque eſt membrana, ſepoſitis, hanc deſcribere pergam. Hujus anterior pars C. nullo membranaceo velamine vel tendine obducta, pellucida; poſterior D. priore craſſior & ſequenti Membrana nigricante, ab interno latere & prædictâ Adnatâ externè obductâ, opaca eſt. E. Nervus opticus. Secunda, (vide Fig. XII.) aperta priore A. cui firmiter adhæret, è villoſo nervearum fibrularum apparatu conflata, eſt B. Uvea. Uberrimè per hanc, præſertim poſterius, vaſcula ſanguifera ſparguntur. Anterius transparens, duplicata, Cryſtallinumque humorem veſtiens, in medio perforata, mollis & mobilis eſt. Ejus limbus ſive circulus anterior variè, ex variis efformatis muſculis coloratus apparens, C. Iris dicitur; Organum quod Ciliarium proceſſuum nomine denotatur, conſtat ex minutiſſimis muſculorum faſciculis ſubalbidis, numerum octogenarium excurrentibus, ligamento cuidam ex totidem nigricantibus exſtructo, alligatis. Harum utriuſque ordinis fibrarum quædam, ligamenti latitudinis margines ambos tangunt, quædam ad medium pertingunt, ut videre eſt in

VNDECIMA TABVLA.

Fig. XIII. A. Ligamentum ciliare, conſtans ex Fibris latitudinem ejus percurrentibus, B. & ad dimidium finientibus C. hiſce interſeruntur lymphæductus plurimi. Muſculoſa hæc contextura cum tota Uvea membrana mobilis eſt. Ubi Criſtallini humoris limbum, ut & Retinæ expanſionem tangit, nigra plane eſt. Tertia quæ ſequitur,

Fig. XIV. & XV. Retina eſt A. ſeparatis corneâ, atque uveâ, extenditur ad Criſtallini humoris inferiorem marginem, laxa, molliuſcula & ex flaccidulis ſtaminibus conflata. Hiſce tamen plures, quam præcedentibus Membranis nervoſæ quædam ſoboles intertexuntur, quarum villoſi fines Membranam, humorem Vitreum cingentem, tangunt. Iridi nervisque Opticis adhærens, cum prædictis hoc commune habet Membranis, quod quo magis anterius expanditur, extenuetur. Ut ſeſe viſui offerunt Tunicæ hæ, humoribus exemptis, demonſtratur in

Fig. XVI. Tunicæ oculi tres, à parte laterali depictæ, invicem A. cohærentes, inſtar unius laminæ. B. Pupillæ pars. C. Nervus opticus abſciſſus. Prædictarum unitarum tunicarum interna facies, anterius reſpiciens, comprehenditur in delineatione

Fig. XVII. A. Pupilla. B. Iridis veſtigia, cum annexis C. Fibrulis Muſculoſis. D. Tunicæ tres; Harum partes poſteriores, Nervum opticum verſus progredientes, oſtendit

Fig. XVIII. A. Nervi optici portio. B. Tunicæ coagmentatæ, quarum ultima mucoſa apparet C. in hiſce, ut & ſequentibus propriis Tunicis, Oculi humores itidem tres continentur. Aqueus, Cryſtallinus & Vitreus. Horum primus diſtinctum circuitum & fixum locum non habet, licet anterius ſub Corneâ abundet; imo hanc diſtendat, globulique formam præ ſe ferat, poſterius excavata quaſi & perforata appareat; oculi enim latera & fundum petit. Sequentium duorum aſpectus, cum adhærentibus fibrulis, exhibet ab anticâ,

Fig. XIX. Et à poſtica parte,

Fig. XX. A. Humor criſtallinus, Fibrarum Muſculoſarum ligamento inhærentium, diſruptæ portiones. B. Humor vitreus C. hic, quia in plano depictus, ſubſidens & à naturali convexitate reclinans. Secundus, Pellucidus, Splendens & Duriuſculus humor, ſive Lens Cryſtallina,

Fig. XXI. Ab anteriore, A. & B. à laterali parte delineatus hyperbolicâ, quamquam depreſsâ, gaudet figurâ. In hoc humore ubi ejus Tunicæ ſubtiliſſimæ gelatinæ inſtar, ſunt ſeparatæ, quædam apparent ſtriæ, quæ, ſi ad duritiem concoquitur hic humor, lamellas fingunt Membranaceas. Tertius humorum oculo propriorum, Vitreus eſt.

Fig. XXII. A. Globulus exterius concavitate B. donatus, cui inhærebat Cryſtallini humoris pars poſterior. Involucro veſtitur, arte vix ſeparabili, ac tenuiſſimo. C. In diu defunctorum oculis ejus ſuperior pars, Cryſtallinæ alligata, levi negotio oſtenditur.

Interdum optimè ſeſe offerunt lentis criſtallinæ & prædicti humoris tunicæ, ubi oculo aëri expoſito, humores ſubſidere incipiunt, ut factum fuit ante delineationem hanc.

Fig. XXIII. & XXIV. Prima hæc utramque Cryſtallinæ lentis Tunicæ partem A. Araneam nempè & B. alteram exprimit. Secunda vitrei humoris A. Pellucidam & B. alteram duriorem portionem deſignat. Viſus organis, Auditus connectam; quod, ob loci opportunitatem, fit in

dium
nem-
ertia

ério-
enti-
eum
quod
non-

inæ.
ſpi-

res;

C.
s &
let;
nim

es.
us,

det
iæ,
n,

te-
rs,

u-

&
t.

Fig: 4.



Fig: 3.



Fig: 5.



Fig: 2.

Fig: 1.

DVODECIMA
TABVLA.

Figura I. Auris exterioris (ſtructuram enim ejus interiorem circa Petroſi oſſis delineationem commonſtrabo.) extimus margo A. Helix, huic oppoſitus B. Antihelix, cavitas intermedia C. Concha, ea quæ meatum auditorium reſpicit, D. Alvearium, Proceſſus temporali è regione ſitus E. Hircus vocatur. Unius cartilagineæ partis variæ partium denominationes. Totum hoc organum, tenſili, validâ ac nervosâ obducitur membranâ. Carneis fibris, præſertim inferius, integumentis corpori communibus, interius, Petroſo oſſi, interventu membranæ ligamenti inſtar huic circumducti, affigitur. Muſculi, licet eorum numerus admodum variet, ut plurimum huic parti quinque propriè deſtinati inveniuntur. Primus A. Temporali muſculo ſuperpoſitus, Superior dicitur, ortum variâ circumſcriptione ab involucri muſculi frontis aſperitatibus, ſive emiſſis fibris, ducens, circa Antihelicis fundum poſteriorem, tendinem expanſum auri connectit. Sequentes duo B. Poſteriores, ſupra Mamillarem oſſeum proceſſum Pericranii filamentis, carnoſis fibris adhærentes & juxta ſe procedentes, auris lateralem & poſticam elatioremque partem lato, ſed tenui & plano tendine adeunt. Reliqui tres interdum deſunt; interdum unum, interdum Bicaudalem muſculum, ut hic, C. imo & Tricaudalem extruunt. Muſculi hi verè Intricatorum nomen merentur; lato enim exortu, ab ipſo oſſei tuberculi mamillaris laterali integumento erumpentes, intricatè & anguloſis fibrarum faſciis, uſque ad tendinoſam partem pergentes, auri inferius, poſteriusque committuntur. Auris abſciſſæ poſterior facies ſpectatur in

Fig. II. A. Cutis cum annexis. B. Auris pars ſuperior, C. inferior. D. Meatus auditorius. E. Cartilaginis craſſities. Aurem, præter ſuperiorem ejus partem, circumambulant plurimæ Glandulæ, Parotides dictæ. (vide Fig. I.) D. Racematim cohærentes, hic parum è ſitu ordinario remotæ & ab involucris liberæ; ut in conſpectum veniat Glandula majuſcula E, è qua productiones, ſive ramificationes F. emergunt, conſtituentes præcipuè G. Salivarem ductum exteriorem; qui antrorſum, Buccinatorem muſculum à latere præteriens, amplo ſatis orificio in genæ partem inferiorem, è maxillæ inferioris poſtici dentis regione aperitur. Prædictæ Glandulæ ſummam habent cum vicinis, tam maxillarum, quam faucium communionem, ex quibus etiam plurimi ſalivares ductus, vario circuitu & in os aperturâ progrediuntur. Ductus hi, quamquam valvulis donentur; attamen cerâ impleri poſſunt, ut oſtendit

Fig. III. A. Ductûs Salivaris truncus à Genæ muſculis & integumentis abſciſſus. Divaricationes è Glandulis Parotidibus ſeparatæ B. è Maxillaribus C. ſuperioribus, D. inferioribus, E. Faucium diſrupti trunci. Ramuſculi ab interioribus & remotioribus Glandulis proſilientes cerâ non repleti F. Auris & Parotidum connexio cum capite, exhibetur in

Fig. IV. Sub ſignis 1, ut etiam Palpebræ Muſculorum ſitum ſub 2. Figura hæc, Faciem & quoſdam ei contiguos muſculos comprehendit. Glabræ faciei pars antica ſuperior, Frons, muſculis fruitur duobus, quorum exortus circa Suturæ coronalis circumſcriptionem & ulterius ſæpè eſt; qui lineis rectis, pauliſper accreſcentibus cum multiplici membranarum interventu, deorſum tendentes, cuti ſuperciliisque radiorum inſtar inſeruntur. Infra frontis medium, Naſus eſt, cujus exteriores partes, Dorſum, Spina, Globulus & Laterales, alæ, inferior, Columna vocatur; quod, ut & Septum, obiter hic noto & in Tab. XIII. demonſtrabo. Muſculorum Naſus habet interdum paria quatuor, rarò plura, ſæpius pauciora. Primum, naſi alas extendens Circulare A. à Maxillæ oſſe, circa tertium Labii muſculum oritur alamque adit exteriorem; ita ut ex parte etiam ſuperiori Labio inſeratur. Secundum B. Triangulare par, acuto initio à frontis Sutura progreſſum, naſi Spinæ aliſque implantatur.

Conſtringentium primum C. exile, ab alæ radice incipiens, oblique aliis affigitur.

Alterum, ab oſſis naſi parte extima proſiliens validâ membranaceâque ſtructurâ, alæ, ſub naſi tunicæ velamine reptans, inſeritur. Ex quintuplici Cartilaginum appoſitione, inferioris naſi facies compoſita eſt; quæ omnes uno Cartilaginis variè diviſæ nomine, intelligi poſſunt. Superiores duæ, Naſi oſſibus adhærentes, mediam tertiam ſive Septum & Laterales duas, Alas admittunt. Omnes hæ Cartilagines, Membranaceo involucro inveſtiuntur. Naſi tunicam & ſtructuram interiorem, utpote de qua plurima notatu digna inveniuntur, conſpiciendam dabo in Tab. XIV. Præcedentibus, Buccarum Labiorumque muſculos annectere oportebit, qui in Quarta Membranulis adhuc parum involuti, in Quinta vero Figura, ſeparati magis viſuntur.

Buccæ, Labioque inferiori, imo vero toti ferè Faciei inferiori ac laterali communis eſt, Muſculus quadratus, hic ſeparatus & in ſequentibus delineatus, vide Tab. XVIII. ſub ſigno 1, à poſtica Colli parte, Scapulâ, Sterno, Claviculis atque interdum primis Coſtis originem ſumens, Mentum partesque ſtatim nominatas, invicem conjungit & movet. Sequitur hunc Buccinator, potius Buccinatores (vide Fig. IV. & V.) A. circulares namque Fibræ, B. ut & rectæ C. hic avulſæ tam exortu, quam inſertione atque involucro differentes, Muſculum conſtituunt particularem; Cuti orisque Glandulis ut & Tunicæ, fibrularum aſperitate connectitur; à ſuperiore ad inferiorem Gingivam & vice verſâ Circulares ducuntur fibræ: Rectæ verò à quarto ſuperioris Maxillæ oſſe, imo ulterius ab ipſo Naſo originem petunt & ſi quis Muſculorum plurimorum inventioni & diviſioni addictus ſit, hic campum inveniet ſpatioſiſſimum. Labiorum Muſculorum numerus varius, ut plurimum verò, ſextuplex eſt.

Primus D. ab Oſſis maxillæ ſuperioris margine incipit, Labioque inſeritur ſuperiori.

Secundus E. ab eadem ſede, anterius paululum, Tenuis & nonnunquam latior erumpens, quàm hic exhibetur, non tantum ſuperius Labium, verum etiam inferioris angulum occupat.

Tertius F. ab Osse Jugali teres exiens, Genas obliquè perambulans, parti Labii laterali connectitur.

Quartus G. ab inferioris Maxillæ imo margine productus, obliquè attenuatus, inferiori Labio lateraliter implantatur.

Quintus Mentalis nomine indigitatus, H. planè Membraneus existit; ex medio Mento, fibris rectis, in Labium inferius inseritur.

Sextus Musculus, vel si mavis, Musculorum contortorum fasciculus, I. circulari ambitu totum os obambulat, multis tendinosis interstitiis ornatus, quæ mutuo juncta, unum quasi efformant Musculum.

Superius Labium, Membranaceo vinculo (vide Fig. I. Tab. XIII. sub litt. M.) ipsi Gingivæ involucri medio, eodemque Nasi fundo annectitur.

Inferiori Maxillæ Musculorum paria quinque, interdum sex, attribuenda sunt.

Primum hic apparens, in Fig. I. & II. K. (omnia etenim hac in Tabula commodè explicari atque demonstrari non potuerunt) Temporale; cujus exortus circularis è temporum regione est, Pericranio obductum infra Jugale os descendens, sensimque attenuatum in Tendinem brevem atque validissimum, Maxillæ inferioris acuto Processui inseritur. Musculus hic leviſſimo negotio in varios, atque multiplices secundum longitudinem, id est, à circumscriptione M. ad Tendinum punctum N. vergentes, findi potest. Secundum latitudinem in duos sive Biventralem, non solum respectu intermediæ tendinosæ Membranæ, sed & carnearum fibrarum apparentiæ dividendus est. Horum enim tendinosæ & motrices fibræ Membranoso septo ab invicem distinguuntur. Aliis forsitan & non absque ratione, magis arridebit, divisionem Membranaceam hanc Musculi biventralem appellare structuram.

Secundus Musculus O. in Fig. I. in situ naturali, in secunda verò remotus, Masseter est; variis principiis quibusdam carneis ab Ossis Jugalis margine, quibusdam tendineis à Maxillæ superioris ossis primi ima parte procedens, inferioris Maxillæ extimo lateri & imo margini inseritur. Ita ut licet variè ductis Fibris, unde varius motus, connectatur, pro duobus, aut pro ratione divisionum, pro pluribus, sit habendus musculis.

Tertium par P. Alare externum interdum duplex est horumque Musculorum numerum ad sextenum auget. Partim lato carnosoque initio ab Alari processu externo, partim ab Osse Sphænoide productum, Maxillæ inferioris internæ sedi ac Cervici alligatur.

Quarta hujus organis Musculorum conjugatio Q. Alaris interna, ab interna Sphænoidis Processus ala tendinoso capite exsiliens, validissimi, sed & brevis Tendinis interventu, internæ posticæque Maxillæ parti affigitur.

Quintum conjugium quod in Tab. XV. Fig. I. denotatur Digastricum est A. à postica Mammiformis Processus parte B. oboriens, in medio Tendine gaudet C. Tereti, Mentique involucri asperitati carnosum alligatur. Antequam de partibus in ore contentis hisceque annexis agam, Nasi partes exteriores, interioribus ad Tab. XV. reservatis, designabo.

Fig. 2.



Fig. 5.



Fig. 6.



Fig. 7.



Fig. 4.



Fig. 3.



Fig. 1.

Fig. 8.

Fig. 9.

Fig. 10.

DECIMÆTERTIÆ
TABVLÆ.

Figura prima, exhibet Naſi A. Dorſum, B. Spinam, C. Globum, D. Columnam, E. Alas. Præciſis Labiis F. oreque aperto, in conſpectum veniunt organa, quæ in & circa ejus ambitum locantur & quidem primo, Lingua G. cujus numerus ſimplex, figura oblonga, à radice in conum quaſi extenſa, in medio ſulcata plicataque, magnitudo pro oris capacitate & motus exigentia eſt. Hyoidis oſſi, Laryngi, plurimisque aliis Gulæ partibus lateralibus, inferioribusque alligatur. Specifico involucrorum apparatu obducitur, ut Microſcopio obſervatum & in

Fig. II. delineatum. Ab apice enim A. radicem verſus B. dentalis quædam formæ corpora C. Unguium inſtar aut Cartilaginis dura, unde Ungulas hæcce nominabo, per ſtratam Membranam erecta conſpiciuntur: hiſce interponuntur quædam ejuſdem ſtructuræ bicipitia corpora (vide Fig. III.) duobus hiſce generibus interponuntur atque non rarò ſuperponuntur Veſiculoſi, Pyriformes & Pellucidi (Fig. II.) D. globuli. Ungulæ hæ ex multiplici (vide Fig. IV.) fibroſarum Lamellarum A. appoſitione componuntur, quarum medium B. Medullare & pervium eſt. Globuli autem, veſicæ ſimiles, cavi ſunt. Duplex hoc genus, Membranâ ſatis validâ, ac tenſili (Fig. II.) E. circumveſtitur atque à lateribus huic alligatur. Membrana hæc, inferius Villoſis ſtaminibus F. Membranæ inſtar alterius fulcitur; cujus ſubſtantia prædictis corporibus perforatur & non, niſi ubi hæc deſunt, ſub Membrana hac prima invenitur. In quibuſdam horum interſtitiis, concavitates quædam G. quarum fundus valde poroſus eſt, deteguntur. Horum corporum aſpectus poſterior demonſtratur in

Fig. V. A. Diſrupti & fracti globuli. Ungularum aſperitates B. Villoſum Membranaceumque tegmen. C. Poroſæ aperturæ D. Avulſis hiſce tegminibus prodit (Fig. VI.) retis inſtar ſtratum quoddam tegmen, cujus intricatus admodum & varius fibrarum eſt ductus, ut de ordine nil certi conſtitui queat; in crudis enim Glutinoſum, in coctis vero Linguis, Tenſile; ſuperior pars, ſive Lamella albeſcens, tenuior, inferior vero craſſa & tenax magis (vide Fig. VII.) obſervatur, foramentis ungularum numero reſpondentibus donatum. A. Plurima hic etiam vaſcula repentia & ad Linguæ ſuperficiem excurrentia B. deteguntur. Foraminulorum horum margines, Fibrillis & Vaſculis, tam ſui, quam ungularum diſruptarum generis, exaſperantur. Hujus tegminis ſtructura etiam in oris ambitu, ubivis & imprimis in Palato invenitur. Sub reticulari hoc velamine, Papillares A. Nervei plexus & Glandulæ quædam reconditi B. ſunt (Fig. VIII.) quorum capita, cum ſupranominato Ungularum Medulloſo medio, inſeparabile habent commercium: Ita ut Ungulæ hæ, cornulorum ad inſtar Papillaria hæcce corpora, in modum ſtratæ Membranæ, tegant. Papillæ hæ fibris Linguæ carnoſis multis in locis annectuntur; harum aliæ majuſculæ C. aliæ minuſculæ D. aliæ turmatim E. aliæ à ſe invicem diſtantes & variæ figuræ comperiuntur. Circa haſce plurimæ Glandulæ F. ſunt ſituatæ, quibus reticularis tegminis vaſcula adhærent. Eadem hæc organa, ſed grandiori formâ ex Labiorum Genarumque involucris proſiliunt. Papillari Glandoſoque huic tegmini ac texturæ proximi ſunt, Linguæ muſculi & quidem primo Recti, ab apice ad baſin ac Gulæ Laryngisque involucra, totam ſuperiorem Linguam, juxta longitudinem obvolventes (vide Fig. IX.) imo & perreptantes. Horum ordinibus A. interpoſitæ ſunt plurimæ Glandulæ B. & Pinguedinoſi ductus, quorum copia in tota linguæ ſtructura, at verò in ſuperiore, poſticaque ejus parte maximè invenitur. Secundi Muſculorum faſciculi, duorum ſunt generum; primi à Linguæ ſuprema parte C. deſcendentes, baſin D. ſuis Tendinibus petunt: alterum ejuſdem generis agmen, E. à baſi F. ſuperficiem tendinoſo ſuo fine adit. Tertius Muſculorum ordo G. à medio latera verſus H. ducitur & vice verſa, ut præcedentes, Secundi hujus claſſis abeunt. Horum omnium Tendines, ipſis Linguæ involucris affixi tenentur. Circa Linguæ medium, variorum angulorum ac ductuum Fibræ tam Nerveæ quam Muſculoſæ inveniuntur, quarum fines obliquis quoque faſciis alligantur.

Muſculi Linguæ dicati, ut & alia quædam oſtenduntur atque in ſequentis Tabulæ explicatione recenſentur. Hac verò in Tabula demonſtrantur Uvula, Tonſilla & Gingiva. Uvula (vide Fig. I.) H. Glandoſum eſt corpus, ſupra Laryngem, è regione Narium, inter Tonſillam, I. Stiriæ inſtar ſubrotundæ à Palati Limbo poſteriore L. dependens, involucris, ori & faucibus communibus, ſed hoc loco incraſſatis, contectum. Rariſſimè Muſculorum appartu ornatur, interdum ab Oſſis Sphænoidis proceſſus involucro ad hujus organi latera muſculoſæ fibrillæ dimittuntur. Interdumque totum ejus involucrum carneum apparet; quo aperto, Glandoſa conſtructio, Fibris Membranoſis ac Vaſculis cohærens, quorum extremitates in ore inter Papillas ſupra deſcriptas hiant, detegitur. Tonſillæ I. (Fig. I.) ſive Tonſilla dicitur, Glanduloſus racemus ſupra Laryngem & ad latera Gulæ poſitus. Firmiſſimè hæ Glandulæ plurium Membranaceorum vinculorum ope invicem cohærent. Vaſculis, quorum oſtia in OEſophago aperta ſunt, ſcatet, præcipuis utrimque in concavitate duobus, Limbo Sphincterico exterius coarctatis; cætera capillaria ſunt. Gingiva (vide Fig. I.) K. (de Palato in ſequentibus) caro eſt, Fibroſarum inſtar lamellarum juxta ſe poſitarum, dentes quodammodo circumambulans, eorumque inter cellulas oſſeas ſpatia &, ubi hi planè deſunt, cellulas ipſas implens, ex continuata labiorum compreſſione dura; ejus adauctam per microſcopium ſtructuram proponit

Fig. X. A. Pars Gingivæ. B. Duo Dentes anteriores. C. Involucrum apertum, D. Fibrarum ductus. E. Glandulæ hiſce interſitæ. F. Defracta Maxillæ ſuperioris veſtigia. Hiſce viſis, revertendum erit ad Linguæ dicatos Muſculos, qui demonſtrantur in

DECIMÆQVARTÆ

TABVLÆ.

Figura I. Linguâ A. aciculâ B. elevatâ, ſeſe offerunt Muſculi, quorum numerus quintuplex eſt. Primus Styloglosſus, C. ab ejuſdem prænominis Proceſſus extimæ partis involucro, ſive Cartilaginea appendice teres exortus, Linguæ lateri, circa medium inſeritur. Secundus D. Baſioglosſus, ex oſſis Hyoidis medio, etiam Linguæ juxta longitudinem medio variis radioſis fibrarum emiſſionibus affigitur. Tertius E. pro uno nequaquam habendus, Geneoglosſus, partim à medio Mento, F. partim ab Hyoidis oſſis fundo, G. proſiliens, medio Linguæ inferius committitur. Quartus H. Ceratoglosſus, ab Hyoidis oſſis cornu prognatus, interdum Linguæ lateri inſeritur, interdum circa radicem & nonnunquam ulterius ultra medium producitur. De Quinto huic organo inſerviente Muſculo, I. Mylogloſſo, ab inferioris Maxillæ latere circa molares dentes incipiente, conſiderandum venit, eum non tantum Linguæ vinculo, (ligamentoſa membrana Linguam ab inferiore media parte Mento affigens) ſed & ipſi Linguæ immediate eſſe annexum. Unicus minime eſt; Membranacea enim diſtinctione eorum Tendines & exortus diviſi tenentur; licet unius Muſculi faciem præſeferant, dentium tamen molarium poſteriorum numero, horum numerus reſpondet. Linguæ ſubſternitur os Hyoideum, in parte ſexta deſcribendum, quod Muſculis gaudet paribus quinque & ſæpiſſime pluribus.

Primum par, K. Sternohyoideum, ab oſſis Sterni anteriore ſede lato ſatis principio exſurgit, Hyoidisque oſſis baſi annectitur. Muſculus hic, ut & ſequens, abſciſſus & tantum ad oſſis inſertionem viſibilis, in proxima Tabula integri demonſtrantur. Secundum par, L. Coracohyoideum, à Coracoideo proceſſu teres ac gracilis exortum, circa medium, ſub Maſtoideo muſculo in tendinem attenuato, poſtea carne donato, oſſis Hyoidis cornubus atque etiam nonnunquam à latere oſſis medio affigitur. Tertium par M. Styloceratohyoideum, à proceſſus Styliformis extima parte teres provectum, Hyoidis oſſis cornu ſupernè alligatur. Quartum ſodalitium N. Geneohyoideum, ab interno humilioreque Menti margine, amplo principio exſurgens, mediæ oſſis Hyoidis ſedi connectitur. Quintum conjugium, O. non Geneogloſſum, hoc enim ſpecificum & inter Linguæ muſculos numerandum, ſed ab hocce diverſo pro re nomine indigitandum, Anthereohyoideum vocabo: recto enim ductu à Menti medio internoque ambitu erumpens, oſſi Hyoideo alligatur. Non rarò plures, eodem loco, Muſculoſi faſciculi deteguntur; quorum quidam mento linguæque, alii hiſce atque Hyoideo oſſi communes ſunt. Hi vero, quia frequentes non ſunt, ſpecificum nomen non merentur. Sub Lingua & quidem maximè ad latera, plurimæ Glandulæ racematim cohærentes inveniuntur, ex quibus Vaſcula quædam ſeſe in oris ambitu exonerant. Inſignes verò ſunt maxillares Glandulæ, immediate intra inferiorem maxillam ſitæ vicinisque alligatæ, non ſemper eandem figuram ſervantes, ut plurimum verò à parte poſtica Mentum verſus attenuatæ, Muſculorum, ut & Laryngis interſtitia replent. Specifico gaudent canali, qui, Muſculo perreptato Digaſtrico, inter Gingivam ad maxillæ medium è laterali Linguæ regione, Limbo circumſeptus, in os aperitur. Qua ſeſe facie vas, quod Salivare externum dicitur, à glandulis liberum & cerâ repletum exhibet, oſtendit

Fig. II. A. Surculi à Glandulis diſrupti. B. Ramuſculi majores. C. Ductus communis, D. hujus orificium, Limbo E. circumductum. F. Os inveſtientium involucrorum abſciſſa pars. Reſtat ut de Palato atque faucibus dicatur. Palatum (Fig. III.) A. concava oris pars ſuperior, Tunicâ veſtitur toti ori communi, ſed hoc loco Craſſiore, B. ac Glanduloſiore; Glandulæ hæ fibris carnoſis interſecantur poſteriusque adauctæ, cum vicinis tum Tonſillis, tum aliis communionem atque continuitatem habent. Tota hæc Tunica licet acu punctis ubique ferè ſit C. perforata, peculiare quoddam vas, per Oſſeum foramen, vel potius foramina, uti hic contigit, D. admittit. Ex Naſi ſepto duplex exoriens & poſt anteriores dentes uno, vel pluribus orificiis apertum, Membranâ remotâ E. conſpicitur. Meatum ab exteriore Naſo, fauces verſus oſtendit F. ſtylus huic immiſſus. Palati Tunicæ pars à parte poſtica per Microſcopium delineata, repræſentatur in

Fig. IV. A. Palati Tunica, B. Glandulæ per ejus corpus diſperſæ, C. Carnoſæ productiones, D. Vaſcula, verſus Os patentia, E. Fibroſæ Glandularum connexiones. Faucium nomen nil niſi anguſtiorem Gulæ locum deſignat, cujus circumjacentes partes aſperæ Arteriæ finis, Linguæ pars poſtica & ſuperius Uvula ſunt.

Reſtat ut Naſi ſtructuram interiorem eruam. Quod ſub explicatione Quintæ Figuræ commodè fieri poterit. Interius diviſus eſt Naſus, ope Septi A. in Sinus duos, B. eorum quisque in Naſi medio in duas itidem partes, quarum una Cribroſum verſus os, altera Gulam verſus poſt Palati Limbum poſteriorem aperitur. Tunicâ veſtitur C. toti ori atque partibus huic continuis, communi, hic Stylo D. elevatâ, innumeris ductibus pertusâ. Circa Cribriforme os punctorum inſtar ſive foraminulorum apertorum perforata eſt. Circa Naſi poſticam, atque mediam partem verè Vaſculorum nomen ductus hi merentur. Quia verò Tunica hæc, ejuſdem ferè cum oris ſit ſtructuræ, delineandam non dedi. Reſpectu etenim craſſitiei, (tenuiores namque hic ſunt Sanguineorum, Nerveorumque multifariè uberrimèque emiſſorum ramificationes) tantum à prædicta differt. Monui circa primam hujus Tabulæ Figuram, Oſſis Hyoidis, ut & aliarum quarundam partium quoſdam Muſculos non eſſe oſtenſos, hoſce ideo conſpiciendos propono, in

T. 14.

Fig: 1.



Fig: 4

Fig: 3.

Fig: 2.

Fig: 5.

Fig. 1.



DECIMAQVINTA

TABVLA.

Figuræ primæ enodatio. A. Muſculus Digaſtricus, B. ejus Exortus, C. Tendo intermedius. D. Maxilla inferior. E. Muſculi Geneohyoidei, F. Sternohyoidei, G. Coracohyoidei, H. Sternothyroidei. I. Maſtoidei, iidem & cæteri ejuſdem organi muſculi ulterius ſeparati, finibus adhærentes atque à circumjacentibus partibus liberi, oſtenduntur in

Fig. II. A. Maxillæ inferioris inferior margo. B. Muſculi Sternohyoidei diſſecti. C. Coracohyoidei. D. Styloceratohyoidei. E. Geneohyoidei. F. Anthereohyoidei. Viſuntur porro hic Digaſtrici G. & Maſtoidei Muſculi H. Larynx I. cum appenſa aſpera Arteria, K. atque Glandulis L. huic appoſitis.

Abſolutis propriis Capitis partibus, Muſculos huic parti, Collo atque Cervici deſtinatos demonſtrando, recenſebo.

Capiti Muſculorum tribuuntur paria octo, quorum Primum, in

DECIMASEXTA TABVLA.

(Quidam enim melius in Tab. XVII. & XVIII. viſuntur) Splenium demonſtratur A. ex parte à ſuperiorum quatuor, vel quinque, imo ſex Thoracis B. ex parte ab inferiorum, totidem Colli vertebrarum Spinis C. originem petens, hinc transverſim ad Occiput fertur, validâque connexione alligatur D. Muſculus hic, quatenus diſtinctis principiis, Fibrarumque faſciis Tendinoſis Membranoſisque interſtitiis à ſe invicem diſtinctus & diviſus eſt, pro totidem etiam Muſculis reverâ habendus eſt; producuntur enim interdum ejus Fibræ, uti hic, ad Mammiformem uſque proceſſum. à Spinis avulſus oſtenditur ſub littera E. Muſculos hoſce ſequuntur Complexi F. à ſeptimæ Colli G. atque quinque Thoracis vertebrarum ſuperiorum transverſis proceſſibus H. oriundi; qui variis Occipiti Tendinum radiis atque carneis vinculis affiguntur. I. Tertium par Rectum majus, in


I
I
I
D
D
F
F
E
E
C
C
C
C
C
C
A
A
B
B
H
H
H
H
F
I

D
D
E
G
H
F
A
M
M

DECIMASEPTIMA

TABVLA

Expreſſum atque denotatum per litteram A. à ſecundæ Colli vertebræ Spina oboriens, Occipitis eminenti parti, ut in ejus nondum ſeparato ſocio, B. liquet, inferitur. Amoto hoc pari, detegitur Quartum, Rectum minus, C. origine, non Fibrarum ductu à præcedenti differens; à primæ etenim Colli vertebræ Condyliformi Proceſſu initium ſumens, infra præcedens par, Occipiti affigitur D. horum unus, E. ſuperius magis, quam alter, C. verſus capitis partem poſticam vergebat. Paribus hiſce duobus, totidem adjunguntur paria Obliqua: majori adſtat Quintum par Obliquum inferius F. quod à Spina ſecundæ Colli vertebræ progrediens, transverſo primæ Colli vertebræ Proceſſui alligatur. Sextum par, Recto minori vicinum G. Obliquum ſuperius, à primæ Colli vertebræ Proceſſu enatum, in Occipitis latera deſinit. Horum Muſculorum unus dependet ſeparatus H. Septimum par I. Maſtoideum, in Colli parte antica præſertim ſitum, (vide Tab. XVIII.) longum robuſtumque evadit. Duplici atque nonnunquam triplici, uti hic contigit, exortu K. ab oſſis Sterni & Claviculæ parte ſuperiore productum, Mamillari Proceſſui atque ſæpius poſticæ Occipitis parti inſeritur. Octavum par itidem anterius ſitum, L. (vide Tab. XVIII.) quod Colli Rectum internum aliqui nominarunt; ab omnibus Colli transverſis vertebralibus Proceſſibus atque Ligamentis erumpens, Capitis poſticæ eminentiæ alligatur. Emittuntur præterea ab omnibus Colli vertebris, duabus prioribus exceptis, Muſculoſi faſciculi, qui deorſum ſuperiori ſingulo coſtarum margini affixi, Cervicalium Muſculorum titulo, à cæteris dorſi Spinæ Muſculis, diſtingui debent. Colli propriè dicti Muſculoſæ circumſcriptiones quatuor numerantur. Primi hujuſce organi, vel corporis partis Muſculi, Longi dicuntur, oſtenduntur que in

DECIMAOCTAVA
TABVLA,

A. A quintæ vel & quartæ Thoracis Vertebræ cartilagineo margine & involucro provecti, primæ Colli Vertebræ eminenti medio, tereti fine, inſeruntur.

Secundi, Scaleni B. à primæ coſtæ margine ſuperiore, lati erumpentes, ab hinc attenuantur Proceſſibusque Colli transverſis plerumque omnibus lateraliter affiguntur. Tertium conjugium Transverſale (vide Tab. XVII.) M. oritur à ſex, aut ſeptem primarum Thoracis Vertebrarum transverſis eminentiis, ejuſdemque nominis omnibus Colli Vertebrarum Proceſſibus exterius alligatur. Hujuſce claſſis ultimi Muſculi, Spinatorum nomine gaudent, (vide Tab. XVII.) N. originem à ſeptem Thoracis Vertebrarum Spinis & quinque Colli transverſis Vertebrarum Proceſſuum finibus petentes ſibique invicem incumbentes, ſecundæ Cervicis toti Vertebræ affiguntur; Hoſce verò pro duobus habere incongruum eſt, Membranarum enim interventu ſinguli, tam qui à Thorace, quam qui à Collo ortum ducunt, diſtinguuntur. Hiſce viſis & explicatis, huic Parti primæ, imponitur

FINIS.


L
A
A
A
L
L
I
I
B
B
B
K
K
K
K
K
I

GODEFRIDI BIDLOO,

Medicinæ Doctoris & Chirurgi,

ANATOMIÆ HVMANI CORPORIS

PARS SECVNDA.

DE PECTORE, DORSO ATQVE LVMBIS.

Secunda hujus operis describenda Pars Pectus sive Thorax, ab antico aspectu, Claviculis superius, Sterni extremitate inferius, duodecim utplurimum Vertebris posterius obambulatur, interius supernè Collo, infernè Diaphragmate, à lateribus Costis, Vertebrarum numero respondentibus, determinatur. Antequam penetrale adeam, exteriora propriaque ejus integumenta ob oculos ponenda, quæ complectitur

DECIMÆNONÆ
TABVLÆ,

Fig. I. & II. Sub integumentis toti corpori communibus, hic partim avulſis A. ſitæ ſunt in utriuſque ſexus Pectoris medio paululum ad latera, Mammæ B. quarum numerus dualis, magnitudo & figura varia eſt. Ut plurimum mulierum & virginum puberum Mammæ ſemiglobum referunt, in viris (vide Fig. II.) enim & juvenibus non ita protuberant, nec Glandoſæ ſunt: In lactantibus verò, pro lactis majore vel minore copia aut emiſſione, dependent aut turgent. Exterius ornantur utrimque Papillâ C. unâ, rarò pluribus. Faſciculus Papilla eſt Tubuloſus, Vaſorum, præſertim lactiferorum, Glandoſâ texturâ tam intrinſecus, quam extrinſecus obvolutus; quorum oſtia in Papillæ ſuprema parte incerto hiantia numero obſervantur. Vaſa hæc lactifera à Glandoſo Mammæ corpore capillari ritu proſilientia, Ramorum huc inſtar majuſculorum deducuntur. Valvulas in hiſce pauciſſimas invenire valui: injecto namque in calefacta Mammæ Papilla colorato ſpiritu vini, ad Glandulas uſque abiit; quibuſdam exceptis in locis, ubi variarum formarum valvuloſæ vaſorum relaxatæ Membranulæ portiones expullulabant injectumque ſiſtebant humorem. Circumducitur Papilla circulo, Areolæ D. nomine inſignito; per Glandoſam hanc Membranæ expanſionem, plurima lactifera vaſa Papillam verſus repunt. In hac Areola Papillares quædam protuberantiæ ſpectantur, ex quibus interdum humor limpidus emanare viſus eſt. Quod ad Mammam, Glandularum E. invicem Lactiferis plexibus F. ac Vaſis ſecundi generis (de primis ſub ductus Thoracici inveſtigatione dicam) cohærentium racemus eſt; Hiſce interponuntur pinguedinis quam plurimi ductus & adipoſi ſacculi G. Tota hæc maſſa, Membranâ ſatis validâ eâque motricibus fibris donatâ, circumvolvitur. H. Hujuſce ope ſubjacenti Muſculo atque non rarò Sterni involucro affigitur. Quo ſeſe aſpectu oculo, tubo optico inſtructo, Papilla & Areola huic circumducta offerat, exponitur ſub characterum tertiæ & quartæ Figuræ dilucidatione.

Fig. III. A. Papillæ capitulum. B. Membrana Glanduloſa. C. Mammariorum lactiferorum vaſorum orificia. D. Areola. E. Aſpera ejus Membrana. F. Glandulæ. G. Mammaria vaſa lactifera, Papillam verſus delata, ſub Membrana eminentia.

Fig. IV. Papillæ à latere aſpectus. A. Membrana ſeparata. B. Glandulæ huic affixæ. C. Vaſa Mammaria lactifera. D. Glandulæ hiſce interſitæ.

Fig. V. Areolæ & Papillæ aſpectus interior. A. Membrana expanſa. B. Glandulæ huic adhærentes. C. Vaſa Mammaria lactifera Papillam verſus tendentia. Ablatis Mammis, deteguntur, ut videre eſt in

VIGE-

Fig. 1.



Fig. 2.

Fig. 4.

Fig. 5.

Fig. 3.


I
K
B
C
M
L
H
M
E
E
F
E
E
E
E
E
E
E
E
D
E
D
F
G

VIGESIMA TABVLA.

Muſculi (oſſium enim hiſtoria parte ſexta enarrabitur) quorum aliqui Thoraci propriè, aliqui partibus huic contiguis inſerviunt. Thoracis Muſculi Anteriores dicuntur, Subclavius Serratusque anticus major: Poſteriores, Serratus poſticus ſuperior & inferior: Laterales, Intercoſtales: Interior Triangularis: Inferior Thoraci imoque Ventri adſcribendus, Diaphragma. De duobus hoc loco prioribus, de aliis ubi delineati repræſentantur, agam. Subclavius Muſculus A. inferiorem Oſſis claviculæ partem B. occupans, ab hinc, verſus Coſtæ itidem primæ C. ſuperiorem, ſed præcipuè anteriorem, Sterno vicinum marginem deducitur illique infigitur. Secundus Serræ aliquatenus imagini accedens Muſculus, D. ex interna Scapulæ baſi erumpens, unde inter Scapulæ æque ac Thoracis muſculos numerari poteſt, ad Coſtarum quinque E. vel quatuor vel plurium os tegentia involucra, radialibus Fibrarum faſciis, pro diſtantia longis aut brevibus, Membranulisque diſtinctis, ut in ſeparato ejus ab altero latere ſocio F. patet, dimittitur. Intricatam tendinearum fibrarum Muſculus hic circa extrema, cum Abdominis obliquè Deſcendenti G. communionem habet. Viſuntur porrò hic, H. Muſculus Pectoralis. I. Idem ſeparatus. K. Serratus anterior minor, ſuum extra locum. L. Sterni & M. Coſtarum eminentiæ.

Ut viſcera quæ in Thoracis cavitate recondita jacent, oculis ſubjiciantur, removendum eſt, ut fit in

VIGESIMAPRIMA

TABVLA,

A. Sternum, cum annexis Coſtarum Cartilaginibus. B. Quibus elevatis, ſeſe anterius offerunt C. Mediaſtini, hic ultra modum incraſſati, avulſæ & diſſectæ portiones. D. Pericardium apertum & aciculâ elevatum, inque eo, E. Cor; Circa hoc F. Pulmones: Supra hoſce G. Thymus: Infra Diaphragma. De quibus ut ordine dicatur; agmini huic præponendum erit Cor, involucro, figuram ejus ſed latius paulo ſequente, Pericardium dicto, incluſum. Membrana hæc exterius ex Fibrulis laxioribus, interius è tenſilibus in modum Lamellæ ſtratis, conſtat, inter utramque plures abſcondens Glandulas; Ex vaſorum Cordi contiguorum expanſionibus atque Pleurâ producta, circumjacentibus, ut Mediaſtini, Diaphragmatis, Pulmonumque partibus variis, Fibrarum plexibus emiſſionibusque connectitur. Liquorem continet, de quo, ubi de ſanguine ſuccisque ei immixtis agetur, diſſeram. Cor, Thoracis medium ſuperius baſi ſua occupans, Cono in lævum deflectitur: Vaſorum atque Pericardii auxilio Pulmonibus atque aliis quibusdam partibus alligatur. Numero unum, figurâ gaudet Pyramidali obtuſâ. Muſculoſi faſces, quibus Cordis ſpecifico nomine ſuperbire ab antiquitate conceſſum eſt & à me, qui in verbis non hæreo, facillimè conceditur, Membranâ cinguntur Fibris adhærente, vide

T. 22.



Fig. 4.



Fig. 13.



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 14.



Fig. 10.



Fig. 11.



Fig. 12.



Fig. 5



Fig. 7.



Fig. 8.



Fig. 9.



VIGESIMÆSECVNDÆ
TABVLÆ,

Figuram I. A. Tenui, adipoſis ductibus B. atque Glandulis conſperſa, transverſo Fibrarum ductu circuituve Cor obambulante ipſique ſe inter Fibrarum faſces inſinuante. Cordis fibrarum curſus ex parte Cochlearis, Spiralis atque Glomiformis eſt. Fibris inter ſeſe non parallelis innumeri intexuntur Tendines, ita ut ejus faſciculi inextricabili nexu impliciti cohæreant. Quod in Cordis cocti delineatione (vide Fig. II. & III.) patet. In Tendine enim A. omnes Fibræ exteriores B. dextri lateris finiuntur: C. Interiores verò eidem Tendini à parte ſiniſtra inſeruntur: atque ita ſerpentino flexu à dextris ſiniſtrorſum, ad Conum deſcendentes, à ſiniſtro dextrorſum ſurſum ducuntur. Fibræ exteriores æquidiſtantes, interiores vero reflexæ, decuſſatæ atque complicatæ, quo magis mucronem petunt, inveniuntur, columnaresque itidem Muſculos, quibus tricuſpides & mytrales alligantur valvis ſimiles machinæ, exſtruunt. Tendo hic ſupra ad baſin & ad latera Septi à baſi non ad Conum rectà, ſed Sigmatis figurâ proreptans, ſuperius paulò ad latus ſiniſtrum deſinit. Coni ab apice facies proponitur in

Fig. IV. Spirali namque ductu in centrum exteriores Fibræ complicantur. Quo ordine carneis fibrulis inter ſeſe vinciuntur, ſibique mutuo ſuccurrere videntur, exprimitur in

Fig. V. A. Abſciſſus à dextro Ventriculo Tendo. B. Tendo à ſiniſtro Ventriculo avulſus. C. Fibræ ab uno latere in aliud dimiſſæ; D. Harum poſt dextri Ventriculi ambitum, in ſiniſtri Tendinem incurvatio.

Superiores Cordis partes ad baſin ſitæ, coadjutorii nempè Muſculi Cavi, Auriculæ (vide Fig. I.) C. nuncupati, Cordis fabricam in totum ſequuntur; ejusque Tendini ſuperius, ut cætera vaſa, uniuntur: à Cava & Pulmonari Vena circulo duriuſculo (Fig. VI.) diſtinguuntur. Fibræ carneæ hinc inde in diverſos Tendines exporrectæ, Fibris transverſis aliis interſecantur. Appoſitæ hæ ſunt, utrimque una, duabus Cordis cavitatibus, Ventriculi dictis: vide Fig. VII. & VIII. horum unus dexter, A. alter ſiniſter, B. Prior latior ſemicirculum quodammodo refert; Alter anguſtior profundiorque rotundus magis apparet: Fibrarum faſciarum interventu, Septo C. à ſe invicem ſeparati, tenentur. Ventriculorum interſtitium à parte ſiniſtra concavum, à dextra cavernoſum, tortuoſis ſcatet ductibus, quorum oſtia foraminulis & acupunctis ſimillima in ſiniſtro orificio hiant. Ventriculorum lateralis aſpectus oſtenditur in

Fig. IX. A. Cor per transverſum diſſectum. B. Cordis baſis. C. Mucro abſciſſus. D. Ventriculus dexter, E. ſiniſter. F. Interſtitium. Ventriculorum parietes Fibrarum erumpentibus faſciculis A. ſive columnulis (vide Fig. VII. VIII. & X.) illæque Tendinibus B. ſtabiliuntur Valvulisque affiguntur. Cordi, præter propria Sanguinea vaſa (quæ Cerâ atque Mercurio cum aliquantulum ſtanni fixato Siphonis adminiculo impleta, non injucundo ſpectaculo oſtenduntur in

Fig. XI. Quæque ſunt A. Arteriæ coronales Mercurio, B. ejuſdem nominis Venæ cerâ oppletæ) quatuor alia circa baſin apponuntur. (vide Fig. IX.) Dextræ ſcilicet cavitati D. Vena cava G. & Arteria Pulmonaris H. Siniſtro Ventriculo E. Arteria aorta I. & Vena Pulmonaris K, de quibus, præcipuè attamen duabus, ſpeciatim tractabo. Vena hæc, Cava dicta, totum ferè corpus (ejus attamen ſodalis alio nomine in jecore & ſpecifico in Pulmone, quamquam ſtructura cum hacce conveniat, gaudet) ut & Arteriæ & Nervi, minutiſſimis ſuis propaginibus perambulans, Tubuloſum organum ſive Vas eſt, ex variis, Membranarum ſupra ſe invicem inſtar ſtratarum Lamellis exſtructum. Ut liquet ſub declaratione,

VIGESIMÆTERTIÆ

TABVLÆ,

Fig. I. Depingitur enim hic A. Venæ, ope Tubi optici delineatæ, portiuncula. B. Fibræ Tenſiles atque Tendineæ, quarum fines carneis protuberculis C. & in longum exporrectis ejuſdem ſubſtantiæ lineis D. alligantur. Hiſce avulſis, apparet (vide

Fig. II.) Reticulum A. ſive Vaſorum plexiformis Membrana aut tegmen; Huic alligantur atque interſeruntur innumeræ Glandulæ, fibrulis vaſculisque inter ſeſe ligatæ, quarum multitudo tegmen quaſi tertium ſpecificum efformat. Variarum ſunt figurarum ut in delineatione Arteriæ conſtabit. Interior Lamella (vide

Fig. III.) Muſculoſorum faſcium, Spirarum ad inſtar A. in circulum ductarum, ſtructura eſt. Hic vero explanati, recti conſpiciuntur. Huic Venæ ad Cordis Ventriculum tres tribuuntur Valvulæ, (vide Tab. XXII. Fig. VI.) Cordi alligatæ, B. Tricuſpides dictæ. Vena hæc, ut cum Arteria factum fuit, Cerâ, obſtantibus Valvulis, (de quibus ſtatim in genere) impleri nequit: Quia vero hujus cum Arteria ſocietas ubique indefinitè partium maneat, licet quæque ex ſuo trunco variè procedat & quæque primo in majores, deinde in minuſculos propagetur ramos, de diſtributionis nominibus nihil monebo. Talis enim harum eſt connexio ut capillaribus extremitatibus ſive ramulis conveniant. Hac ergo dimiſſa deſcriptione, ſequitur

Vena Pulmonalis, ſiniſtro Cordis Ventriculo appoſita, (vide Tab. XXII. Fig. VII. VIII. & præſertim XII.) deſcriptæ Venæ quo ad ſtructuram reſpondet; niſi quod laxiores & non tanto glandularum vaſculorumque apparatu ejuſdem Lamellarum ſint inſtructæ Fibræ. Munitur hæc Valvulis mytralibus duabus A.

Sequitur ut de Arteria, ſiniſtro Cordis Ventriculo adhærente, agam. Arteria Tubus eſt ſive Fiſtula indefinita ut Nervus ac Vena corpori communis, ex triplici Lamellarum ſive texturarum appoſitione conſtructa. Prior (Fig. IV.) Reticularis, è Nervulis A. Vaſis ſanguineis B. Membranoſisque expanſionibus C. conſtat. Horum plurimi fines, Glandulis inſeruntur; quarum ſitus & figura varia eſt: quædam enim Turmatim D, aliæ Racematim E, aliæ Veſiculoſæ & in apicem vergunt; quia verò Sanguineis vaſculis & plexibus obvolvuntur etiam à parte inferiore, retiformem vaſculorum atque Glandoſam expanſionem, quæ pro totidem Lamellis haberi poſſet, mentiuntur. Sed prior & hæc Lamella, pro una aut tribus habenda eſt. Secunda (vide

Fig. V.) Muſculoſarum in circulum tortarum Fibrarum A. conſtructio eſt: quarum Spirales faſciculi ſuprà ſe invicem poſiti B. Villoſis fibrulis C. inter ſeſe devinciuntur tertiæque ſive ultimæ Lamellæ alligantur. Ultima hæc (conſule

Fig. VI.) Tenuis & ex planis Membranoſis expanſionibus A. in rectum, ſecundum Arteriæ longitudinem B & C. ſtratis, confecta eſt. Arteriæ, poſtquam è Corde fuerit egreſſa, poſtponuntur Valvulæ ſemilunares tres (vide Tab. XXII. Fig. XIII. A.) Quarum una hic diſſecta eſt. Circa ſupramemoratam Arteriam pulmonalem conſiderandum venit, eam ſtructurâ, ut cæteræ omnes, cum aorta convenire tribusque ornari Sigmoideis Valvulis (ut refert Tabulæ XXII. Fig. XIV. A.). Non absre erit, arbitror, ſi hic de Valvulis in genere quædam addantur. Harum nec numerus, nec figura, nec locus, ſive ſitus, ſemper idem & æqualis eſt. Duplices enim, ut in

Fig. VII. Triplices, ut in

Fig. VIII. Imo & quintuplices, ut in

Fig. IX. Inveniuntur. Figuræ VIII. enodatio. A. Venæ jugularis, flatu diſtentæ & exſiccatæ, portiuncula. B. Eminentes Valvulæ. Eadem Vena aperta oſtenditur in

Fig. X. A. Vena. B. Valvulæ. Figuræ IX. dilucidatio ulterior: quintuplicem Valvularum faciem interiorem hac in Figura aptè demonſtrare non potui, adjungenda huic ergo fuit

Fig. XI. A. Vena aperta. B. Valvulæ quinque, quarum una forcipe diſſecta eſt.

Figurâ etiam differunt. Quædam enim in Conum abeuntes, pyriformes dicuntur, (vide

Fig. XII.) Aliæ ſemilunam, aliæ ſemiorbitam referunt, vide

Fig. XIII. Reſpectu loci itidem differunt: quædam enim, ut in

Fig. XIV. Unius, aliæ duorum, aliæ trium, ſex & ſic porro digitorum latitudine à ſe invicem diſtant. Varietas hæc in corporibus frequentiſſima eſt, imo vix unquam iiſdem locis, eâdem figurâ & eodem numero inveniuntur: non tantum hæc in Valvulis ſed præcipuè in ipſis vaſorum diſtributionibus locum habet, ut liquet ex

Fig. XV. Referente Arteriæ aortæ, cerâ repletæ, in corpore ſex poſt partum menſium infantis (quam ſeparatam reſervo) præcipuas è trunco diſtributiones; Minores enim ſub involucris, oſſibus atque muſculis reconditæ, cultello perſequi ſæpius non potui. Ex hac videre eſt quam diverſimodè interdum ejus propagines ducantur atque ſint ſituatæ. Lubet huic divaricationis deſcriptioni, modum, quo vaſa hæc impleantur, ut & quorundam curioſitati ſatisfiat, præfigere. Totum corpus aquæ calidæ immergendum, quo calefacto ſternoque leviter à ſiniſtro latere cum cartilaginibus tertiæ, quartæ & quintæ Coſtæ elevato, Cor à Pericardio Mucronem verſus denudandum ſiniſterque ejus Ventriculus aperiendus eſt. Sipho tunc pro Arteriæ aortæ capacitate capax, hujus exortui immittatur firmiſſimeque ligetur. Altera ligatura ramo deſcendenti, ſtatim ubi incurvatur, injicienda eſt. Paretur interim & liquefiat cera, cui olei Therebinthini ſextam & Porcinæ axungiæ depuratæ quartam partem admiſcendum Siphonique calefacto immittendum celeriterque ſurſum pellendum eſt. Reſolutâ ligaturâ deſcendenti ramo injectâ, eadem actio inferius inſtituenda. Poſtquam infuſa cera parum fuerit indurata, truncus cum ramis è corpore exſcindendi & à partibus contiguis liberandi reſtant. Quorum

qui

Fig. 15.



Fig. 1.

Fig. 4.

Fig. 16.

Fig. 2.

Fig. 5.

Fig. 8. Fig. 7.

Fig. 9. Fig. 11. Fig. 10.

Fig. 3.

Fig. 6.

Fig. 14.

Fig. 12.

Fig. 13.



qui ſeparati, chartâ aut alio adminiculo fulciendi & exſiccandi ſunt. Toto hoc peracto negotio, aſſulæ inſpicatæ aciculis commodè affigi poterit. Aorta Arteria è Corde erumpens, mox duos emittit in Cordis corpore ramulos B. coronarios. Supra Pericardium ejus truncus diviſus eſt in Aſcendentem C. & Deſcendentem D. prior omnes ſupra Cor poſitas partes adit ſubdividiturque in Subclavias E, ex quibus Axillares F. & internæ Mammariæ, G. Intercoſtales H. tertia aut quarta & I. Cervicales. Ex Axillari ramo, Scapulæ K. atque ſuperioribus Thoracis partibus propagines aſſignantur. Ubi inter Muſculos cubitum acquiſivit, in duos finditur ramulos; Prior L. Carpum, pollicem & indicem; alter tres digitos alios præſertim petit. Bifurcatur circa Thymum Carotidesque M. efformat. Hæ juxta Pulmonis fiſtulam aſcendentes, poſt varias ad Linguam, Laryngem partesque hiſce viciniores emiſſiones, in Ramum exteriorem N. atque interiorem O. ſeparantur. Exterior, faciei, labiis atque pro parte auri dentibusque inferioribus inſervit; ejuſdem alter ramus, fronti, temporibus ac eis vicinis partibus inſeritur.

Interior Ramus per Sphænoideum os rectà aſcendens, ſub Meninge dura reptitat plexusque conſtituit varios, ex parte intra Cranii ambitum Tunicâ ſpeciali antea deſcriptâ veſtitur, Ramulos emittit minores è regione Nervorum opticorum, majores verò, retrorepunt nunc uniti, nunc à ſe invicem ſeparati. Medullæ Spinali, partim ſupra, partim infra Cor ramuſculi attribuuntur: Atque ſic ex Axillaribus & trunco aſcendenti ut & deſcendenti, ei propagines ſubminiſtrantur, quæ in circulum flectuntur ſuisque emiſſionibus ejuſdem involucra partesque plurimas Capitis perreptant. Deſcendens Aortæ truncus, D. quibuſdam Intercoſtalibus & hiſce adjacentibus 1. Muſculis partibusque proſpicit; inſignis etiam truncus 2. Diaphragmati immittitur; infra Diaphragma ſpectabiles ſunt, Abdominis Viſcerum Rami, puta 3. Ventriculi 4. 5. inferior & ſuperior Meſeraïcus. 6. Omentalis, 7. Hepaticus, 8. Renales, 9. Spermatici & ſic porro. Circa Sacrum os finditur truncus hic in duos ramos, quorum propagines ultimum Inteſtinum atque Pudenda, quædam Nates, quædam Femora & Pedes, tam internè, quam externè perambulant. Hoc de præcipua Aortæ Arteriæ diſtributione. Cæterum, ut de Nervis Venisque antea, hic de Arteria dico, eam à trunco ſuis capillamentis viſum aufugere & indefinitè divaricari.

Sanguinis anatomiam, ut quæ propoſitum hujus operis excedit terminum, tacitè præterirem; quia verò non planè extra ſphæram hanc judicabitur (omiſſis cæteris partibus fluidis à Sanguine derivandis) præcedenti deſcriptioni connectere perſuaſus ſum.

Sanguinis anatomiâ, quæ chemicè abſolvitur, liquet, in Sanguine reperiri aquam, ut poterit, ſimpliciter conſiderandam, ſpiritum, ſalia tam volatilia, quam fixa. Hæc licet exacta quarundam ſit partium detectio, non lacerandæ configurationis autem Phænomenorum maxima eſt deſtructio. Propono itaque in

Fig. XVI. Sanguinis guttulam vitreo tubo A. incluſam, cujus particulæ, adjuvante Microſcopio, adauctâ formâ demonſtrantur. B. Globoſæ veſiculæ. C. Fibrulæ variè tortæ, ſtratæ atque diſpoſitæ. D. Maſſula ſtriata, vel E. ovi albumini ſimilis, quæ vitro Hermeticè ab altero latere clauſo calefacto, motis rotantibusque Globulis, ubique inter eorum corpora obſervatur. Altera anatomiſandi norma, ſequenti excolitur artificio.

Separato, à frigefacta concretaque Sanguinea maſſa, aqueo ac albuminoſo liquore, qui variæ eſt ſubſtantiæ, ignique impoſitus brevi concreſcit, remanet pars rubicunda, cujus fluidior portio aquæ tepidæ ablutione iteratâ grumoſi inſtar acervi apparet, hujus ſingulæ particulæ globulum veſiculoſum exprimunt, quorum quidam diaphani, alii opaci ſunt. Reliqua maſſulæ portiuncula fibris conſtat flexibiliſſimis, frigefactis verò & aëri expoſitis tenaciſſimis, tenſilibus atque retiformibus.

Tertia inſuper Sanguinis perſcrutandi methodus eſt, quando Sanguis ab innatanti liquore liberatus chartæque axungiâ linitæ impoſitus parum exſiccatur; extrinſecam poſt particularum illuſtrationem, digito levi, conterenda ſanguineæ maſſulæ portiuncula, in qua ſtatim diverſæ apparebunt conſtitutionis atque figuræ globuli, fibrulæ, atque ejuſdem generis explanatæ ſtriæ. Partes aëreæ, Sanguini admixtæ, ut & reliquæ Heterogeneæ, pro ſingularum partium ſubſtantia nominandæ, generique cuidam referendæ, hujus fori non ſunt. Miſsâ igitur prolixâ hac digreſſione, detegendum

Secundum ſpectabile Thoracis Viſcus, Pulmo, hic in

VIGESIMÆQVARTÆ
TABVLÆ,

Fig. I. Cum Corde è corpore exsectum, eidemque A. per Vasa B. annexum, totam Pectoris cavitatem adimplens. Anterius Mediastini C. adminiculo in duas partes divisus Pulmo D, quarum quælibet in duos itidem ut plurimum dirimitur Lobellos, E. Sterno membranosoque Pleuræ apparatu, posterius Vertebris adhærens, figurâ extrinsecus gaudet Gibbosâ, intrinsecus Concavâ, ungulæ bubuli simili. Obvolvitur exterius Membranâ satis tenui, tensili ac nerveâ, huic immediate adhæret altera, de qua infra.

Totum hoc organum, Vasculorum, Musculorum atque variarum Fibrarum, in modum membranarum & vesicularum extensarum, compages est. Præter enim communia vasa, quæ, ut in sequentibus Figuris demonstratur, ipsius corpus perreptant, Fistula quædam subcartilaginea invenitur. F. Vasa sanguinea de quibus supra egi, fistulam hanc ejusque extremitates unum infernè, (vide

Fig. II.) A. Alterum supernè, (vide

Fig. III.) A. à majoribus in minores B. Ramulos divisum, tandem plexiformi obvolutione circumambulant Pulmonemque totum percurrunt. Quod etiam de Nervis ac Lymphæductibus intelligendum restat. Fistulæ ejusque divaricationum faciem exhibet

Fig. IV. A. B. Pulmonis dissecti portio. Fistula hæc præcipuam Pulmonis compagem constituens, ulteriori examini submittenda venit, ut fit sub enodatione sequentium Figurarum. Ducitur hæc ab ore deorsum ad Pulmones. Superior ejus pars, Hyoideo ossi contigua, Laryngis nomine indigitata, ex quinis conflata est Cartilaginibus. Ex Thyroidea sive Scutiformi, Annulari, Arythænoideis duabus atque Epiglottide, quæ omnes excarnatæ primo conjunctim, deinde separatim in Fig. VII. demonstrantur atque describuntur. Cartilagines hæ Musculis moventur, quorum quidam ab una ad alteram Cartilaginem, quidam ad Hyoidis os, quidam etiam ad Sternum usque producuntur.

Primi, consule Fig. V. & VI. A. Sternothyroidei, à supremo Sterni inferioreque margine pronati, in Cartilaginem B. Thyroideam à Lateribus pertinent.

Secundi Hyothyroidei C. ab inferiore ossis Hyoidei margine D. producti, Scutiformis Cartilaginis basi E. aut margini lati inseruntur: Hujusce Musculi Fibræ interdum ad ipsum Annulum tam à lateribus, quam ab anteriore sede inveniuntur.

Tertii F. Cricothyroidei: ab Annularis sive Cricoideæ Cartilaginis involucro inchoantes, inferiori Scutiformis margini G. oblique parum infiguntur. Ejusdem nominis anteriores Musculi H. quarti atque minimi sunt, suisque Fibrarum fasciis rectà, ut Laterales posteriosve I. quinti obliquè, ducuntur.

Sexti, aut si sub eodem ordine numerentur duo præcedentes, qui interdum quoque non reperiuntur, Quarti Thyroarythænoidei K. ab inferiore Thyroidis margine circa medium incipientes, L. antrorsum in Arythænoidearum lateribus M. inseruntur. Quinti Arythænoidei N. graciles ab ejusdem nominis Cartilaginibus exorientes, circulari ferè ambitu Cartilaginum harum & annularis conjunctionem obambulantes, iisdem implantantur. Sexti qui breves sunt Cricoarythænoidei O. Postici nuncupantur, ab Annularis lati dorsi postici lateribus origines petentes, Arythænoideis infernè inseruntur. P. Septimi, Cricoarythænoidei laterales Q. ab Annulari cartilagine superius exorti, post Arythænoideas ad latera Glottidis infiguntur. Separatis Musculis conspicienda venit Cartilaginum facies.

Fig. VII. explicatio. A. Cartilago Scutiformis. B. Os Hyoidis. C. Annulus. D. Epiglottis. E. Pulmonariæ Fistulæ portio. F. Glandulæ hisce partibus adnatæ. Ut sese à postica parte videndæ exhibent, explicantur in

Fig. VIII. A. Os Hyoidis. B. Epiglottis. C. Cartilagines Arythænoideæ. D. Annulus. E. Scuti portiones. F. Glandulæ portiones laterales. G. Fistulæ Pulmonariæ dissecta pars. Omnes hæ Cartilagines demonstrantur separatim, sub numeris sequentibus. Cartilago scutiformis 1. exterius Gibbosa, Ossis Hyoidei Processibus alligatur superioribus, interius 2. Concava est. Annulus, Fistulæ proxima Cartilago, anterius gracilis 3. posterius latus 4. est. Arythænoideæ duæ sunt, superius Mucronatæ, 5. inferius, ut ab altero latere 6. patet, basi donatæ latâ: Membranâ cinguntur validâ, laxâ, interstitium inter hasce atque Scutiformem obducente. Cartilaginum Laryngis quinta Epiglottis dicitur, refert hæc Hederæ folii faciem, Fig. VII. lit. D. flexibilior cæteris existit atque duriusculæ instar Membranosæ Laminæ, in qua Fibrarum Musculosarum vestigia & fasciculi inveniuntur. Membrana Cartilaginem hanc, uti & cæteras ex parte obvolvens, Glandulis scatet, è quibus plurimi aquosi ductus & Meatuli erumpunt, quemadmodum toti Oris involucro accidit. Laryngi contigua est Pulmonis Fistula, vide Fig. VII. sub littera D. huic Bronchia, hisce Vesiculæ sive Vesiculares Membranosæque expansiones; denominationes unius continui organi; ita ut Pulmonarii Tubi caput Larynx, productio per Collum Fistula, quæ circa quartam, plerumque Thoracis Vertebram bifurcari incipit, ejus in Pulmone ramificationes Bronchia horumque extremæ expansiones Vesiculæ ex figura vocitentur. Tubus Pulmonarius sive respiratorius ex variis membranosorum involucrorum supra invicem stratorum tegminibus constituitur, quæ per opticum vitrum delineata, hic adaucta proponuntur. Extimum involucrum, Tubum vicinis partibus fibrarum emissione annectens, Membraneum plane est, vide

T. 24.

Fig. 7.



Fig. 1.



Fig. 8.

Fig. 6.





Fig. 3.

Fig. 4.

Fig. 5.

Fig. 2.

Fig. 8.



Fig. 7.

Fig. 1.

Fig. 5.

Fig. 10.

Fig. 9.

Fig. XI.

Fig. 4.

Fig. 6.

Fig. 3.



Fig. 2.



VIGESIMÆQVINTÆ

TABVLÆ,

Figuram I. A. Obducens ſupernè, ut ejus ſocius infernè, Muſculorum ordines rectos huic à tergo affixos, ut & B. diverſi generis Membranas atque variarum figurarum Cartilagines: Hæ enim infra Laryngem Annulares ferè ſunt, parte quâ Oeſophagum ſpectant exceptâ, quæ circuli pars non Cartilagine ſed Tendineo interſtitio impletur atque occupatur. Juxta & in Pulmonis corpore Cartilagines hæ triangularis, ovalis variarumque aliarum figurarum facie, ut in excarnato Tubo cum annexis Bronchiis patet, exiſtunt; Ita ut Loricarum in modum inferior Cartilago ſuperioris locum ſubire poſſit. Cartilagines hæ mutuo Muſculoſis faſciculis (vide

Fig. II.) devinciuntur. Sub Membranis, continui vaſculorum plexus latitant plurimi; Quorum extremitates præcedentibus Lamellis ſequentibusque Glandulis inſeruntur.

Fig. III. Glandulæ hæ ſæpius admodum turgentes inveniuntur, ut ſingulæ lentis magnitudinem adæquare valeant. Hiſce ſubſternuntur Muſculi in circulum & in rectum, ſecundum Tubi longitudinem (vide

Fig. IV.) ducti. Ordines hi ſinguli tam arctè Tendinea conhæſione inter ſeſe conjuncti tenentur, ut quisque Membranæ inſtar expanſus appareat. Hujus Tubi divaricationes, Bronchiorum nomine inſignitæ, à majoribus in minores deindeque in minimas ſubdiviſæ, ſingulæ pro Tubi diviſione, circumſcriptionem propriam ſive Lobellum obtinent; harumque fines, in Membranoſas cavernoſitates extenſæ, Veſiculæ dicuntur, omnibusque Pulmonarem Tubum conſtituentibus partibus inſtruuntur. Quemadmodum Veſiculæ hæ mutuo Membranoſis vinculis colligantur Racematimque ſuæ Tubi ramificationi appenduntur, ita etiam Lobuli minores devinciuntur, qui cerâ impleti hic oſtenduntur, in

Fig. V. A. Tubi Bronchialis abſciſſa pars. Lobuli, B. non eandem ſervantes figuram. C. Lobellorum Interſtitiola, Vaſculis Membranoſisque productionibus, hic diſruptis, repleta. Veſiculæ quæ uno Lobello comprehenduntur ſeparatoque Bronchiali Ramo adhærent, depinguntur in

Fig. VI. A. Ramulus Bronchialis à Trunco abſciſſus, qui in B. minores diviſus tandem in C. Veſiculares Lobellos ſive Racemos deſinit. D. Separatæ variarum figurarum Veſiculæ, quæ Sanguineis aliorumque generum Vaſculis plexiformibus obvolvuntur; quorum incurvati fines ac tortuoſa textura Membranaceam expanſionem efformant, quæ extimæ Tunicæ firmiter adhæret, ut liquet, ubi eadem ab exſiccato Pulmone divellitur.

Fig. VII. A. Pars Tunicæ exterioris Nerveæ, B. ſecundæ, cui Veſicularum veſtigia diſrupta adhærent. Foveæ C. diverſi ordinis & magnitudinis, quæ diſruptarum Veſicularum parietes ſunt. D. Ductus Tubulique per Veſicularum latera repentes.

Fig. VIII. Fiſtulam cum annexis Bronchiis à Veſiculis liberatam refert. A. Fiſtula Pulmonaria. B. Ejus diviſio in partes duas. C. Rami Bronchiales majores. D. Minores, à quibus avulſæ ſunt appenſæ Veſiculæ. E. Cartilagines circulares, F. triangulares, G. ſubrotundæ. H. Variisque angulis atque eminentiis donatæ. In

Fig. IX. Exprimitur Pulmonis portiuncula cujus Bronchialis ramulus A. argento vivo eſt repletus.

Fig. X. Pulmonis Lobum excarnatum à Tunicis veſiculisque demonſtrat ex parte liberatum, in quo Vena Pulmonaris A. & Arteria B. diversè coloratâ cerâ fuit repleta, in quarum medio conſpicitur Ramus Bronchialis, ſuiscum divaricationibus. Bronchiorum interior facies, aptè inveſtigari poteſt Stanno, quod vocant *Soldeer-Tin*, igne ſoluto Fiſtulæque immiſſo: Ut vero Veſiculæ Tunicæque ab hoc infuſo Stanno liberentur, totus, ut ſupra repletus, Pulmo, ſive Fiſtula aquæ injiciendus eſt tamdiuque concoquendus, donec omnes Pulmonis partes ruptæ, Stannei vero Ramuli liberi inveniantur; quod trium aut ad ſummum quatuor horarum ſpatio abſolvitur, hujus faciem exhibet Fig. XI.

Superius in Thoracis cavitate partimque in Collo, ſita eſt ſpectabilis Glandula Thymus, ut videre eſt in Tab. XXI. ſub littera G.

Tota Thoracis cavitas (vide

VIGESIMÆSEXTÆ

TABVLÆ,

Fig. I.) Membranâ veſtitur Tenſili Pleura dictâ A. Vertebris alligatâ, circularibus Fibris Sternum os, ab utroque latere proximè, appoſitèque ſine ulla cavitatis ſpecie, tegente; Mediaſtinumque ſuis extruentes emiſſionibus. Sub Sterno exoriuntur è medio Sternoidei Muſculoſi faſciculi, pro parte triangulari lineâ circumſcripti B. hi obliquè Coſtarum extremis partibus ut & Cartilaginibus 3. 4. 5. & 6. ſuperioribus alligantur. Cum Intercoſtalibus tam indiſſolubili nexu ſæpiſſimè cohærent, ut alterutrorum faſciculi ſine laceratione ſeparabiles non exiſtant: Imo verò, nonnunquam radiata ſolummodo Intercoſtalium Muſculorum Fibrarum veſtigia longe ab invicem remota inveniuntur, atque hoc in caſu, Pleura ſub Sterno ſolito craſſior comperitur.

Coſtarum interſtitia replent Muſculi, à ſitu & munere Intercoſtalium nomine decorati. Dividuntur hi in externos, internos & laterales.

Externi C. Coſtarum præcipuè intervalla adimplent, ſinguli cum baſi carnea è Coſtæ ſuperioris imo erumpentes, Fibris obliquis & Tendinibus valde tenuibus, ſubjacentis Coſtæ margini, anterius verſus Cartilagineam partem alligantur. Muſculorum verò Intercoſtalium internorum ſitus atque inſertio externis contrarius eſt. Ita ut omnes tam Coſtarum quam Cartilaginum ſpatia adimpleant; ſinguli verò D. valido carneoque Fibrarum agmine Coſtæ inferioris margini ſuperiori ſint affixi, unde obliquè antrorſum, alteros mutuo inſtar literæ X decuſſantes, Tendineo fine, in Coſtæ ſuperioris imum marginem feruntur. De numero nil monendum, niſi quod Coſtis reſpondeant atque ita ut plurimum quadraginta quatuor inveniantur.

Si quis verò ſingulas Fibrarum claſſes & copulationes propius intueatur, videbit multas ejuſdem generis leve labore à ſe invicem exiſtere ſeparabiles: Muſculos autem illos, qui à Vertebrarum transverſis Proceſſibus externa ſemper & internè nonnunquam ortum ducunt lateralique inſertione in Coſtarum inferiorum partem elatiorem deſinunt, inter prædictos recenſere, incongruum eſt. Rectè ergò Coſtarum elevatores vel Intercoſtales laterales nuncupari debent.

Muſculi qui uno Diaphragmatis nomine comprehenduntur, reſpectu ſitus & connexionis, tam Ventri, quam Thoraci ſunt communes. Eorundem ſitus hac in tabula, ob abſciſſas Coſtas remotumque Sternum rectè demonſtrari nequit: itaque inſpicienda eſt tabula Abdominis, in qua etiam Pſoas Muſculus delineatur. Interſepimentum ergò quaſi efformant, inter Thoracem & Abdomen; Præter enim trifariam Fibrarum tendineorumque faſciculorum, cum transverſi Abdominis Muſculi laterali parte communionem (utpote qui etiam à Peritonæo Tunicam recipit veſtientem, eâ parte quâ Abdomen reſpicit) conflatum eſt Diaphragma ex Muſculis duobus.

Superior (vide Fig. II.) A. circulari annexione Sterno, B. Coſtisque C. alligatur; atque ab hiſce oritur ſingulis. Altera, D. ſua extremitate in Tendinem abiens, à carneis inferioris Muſculi ordinibus E. relicto in dextra Tendineaque parte, pro Venæ Cavæ tranſitu, Foramine F. intercipitur. Inferior G. originem habet à Vertebris Lumbaribus interdum H. tribus ſuperioribus, interdum omnibus. Quamvis à ſe invicem diſtincti hi duo ſint Muſculi, ſummam tamen, circa Tendines, connexionem habent. Hujus inferioris Muſculi ſtructura reſpectu Craſſitiei, ſuperiore major eſt. Utriusque verò altitudo æqualis propemodum invenitur. Inferioris, ex parte, rectilineæ Fibræ carneæ ab utroque latere deſcendentes atque in Tendinoſos faſciculos compactæ, ab utroque itidem Latere caudalem efformant finem, quem Appendicem vocare conſuevere Anatomiſtæ. Horum dexter I. ſiniſtro K. longior carnearumque Fibrarum, ut & Tendineorum faſcium reſpectu validior eſt. Primus in Lumborum tres primas, ſiniſter in duas ultimas Dorſi Vertebras abit. Tendines verò poſtici interdum à transverſo primæ Lumborum vel ultimæ Dorſi Vertebræ proceſſu oriuntur. Hoſce inter fines ſitus eſt Aortæ truncus. L. Oeſophagi porrò per Diaphragma tranſitus eſt M. in inferioris Muſculi carnea ſuperioreque parte; Ubi circulari Fibrarum ab utroque latere ductu ſuperius Stomachi orificium obambulatur; à dextro quippe tam, quam à ſiniſtro Latere, Tendo faſces emittit curvilineos, qui plexiformibus ſuis apparatibus Nervoſam efformant telam.

Reſtat ut de paribus Serratorum poſticorum agam, quos, quoniam non, niſi remotis quibuſdam ad Scapulam vel ad Humerum pertinentibus Muſculis, fieri poteſt, mox demonſtrabo, jam vero, ipſorum hiſtoriam recitabo.

Primus, Serratus poſticus ſuperior (vide Fig. I. Tab. XXVIII.) ſub Romboïde inter utramque Scapulam ſitus, primâ Membranoſâ affinitate, tribus inferiorum Vertebrarum Colli & primæ interdumque ſecundæ Thoracis Spinis; alterâ carneâ, tribus, vel quatuor Coſtarum, tripartitâ, ſuperioribus intervallis adhæret.

Alter, Serratus poſticus inferior (vide Tab. XXVIII. K.) priore major evadit, Tendineo expanſoque exortu à trium vel plurium Vertebrarum Dorſi inferiorum, primæque Lumborum Spinis, procedens, digitatim in tres vel plures deſinit Coſtas inferiores.

Fig. 1.



Fig. 2.


C
B
B
A
E
D
D
N
A
H
I
F
G
M
F
K
O
O
L
L

VIGESIMASEPTIMA

TABVLA.

Muſculi Scapulæ tribuuntur proprii quatuor. Horum primus, hic ſuo in loco demonſtratus, A. dicitur Trapezius, ab utroque Latere duplex, quisque propriâ Membranaceâ circumſcriptione atque Tendineo fine determinatus; Primi etenim Fibrarum ordines B. ab Occipite & Colli Vertebrarum Spinis C. quinque Pronati, ſuperiores elatiori Claviculæ parti D. inferiores ſummo Humero, E. alligantur. Secundi ordines F. octo vel pluribus ſuperiorum dorſi Vertebrarum Spinis G. unâ, alterâ extremitate H. Scapulæ Spinæ I. affiguntur; Atque ita hi quatuor, qui adhuc in plures dividi poſſunt, totum ſuperius tegunt dorſum. Ut verò ſecundus hujus claſſis Muſculus, Romboïdes nempè, in conſpectum ducatur, removendus eſt Dorſi Latiſſimus, K. qui hac in Tabula ſuo in ſitu effiguratus cernitur; atque inter Brachii Muſculos deſcribitur. Habet Tabula hæc præter hoſce L. Obliquè deſcendentis Abdominis. M. Brachiorum N. Scapulæ & O. Dorſi Muſculorum portiones.

VIGESIMAOCTAVA TABVLA.

Romboïdes A. ex parte quadrangularis, carneus, tribus Colli Vertebrarum inferioribus B. totidemque ſuperioribus Dorſi Spinis C. alligatus, exteriori Scapulæ baſi vario Fibrarum ordine inſeritur D. Idem Muſculus ſeparatus E. Cui quidam Muſculus, nunquam alias à me viſus F. adhærebat, ſuperius etiam quartæ Colli Vertebræ, inferius Scapulæ angulo ſuperiori affixus.

Tertius Levator per excellentiam nuncupatus, G. & in Tab. XVI. & XVII. majuſculâ formâ delineatus, à transverſo ſecundæ, tertiæ & quartæ nonnunquam quintæ Colli Vertebræ proceſſu, vario Fibroſorum faſciculorum cœtu emergens, circa medium intricatiſſimè connectitur; quæque etenim Carnea alterius claſſis Fibram nervoſam ſive Tendineam recipit. Validus itaque ex parte carneus, ex parte tendineus, elatiori atque inferiori Scapulæ angulo infigitur H. Quartus in Tabula XX. lit. K. expreſſus, Serratus anticus minor, ſub Pectorali Muſculo latens, Coſtis ſuperioribus quatuor, primâ exceptâ, totidem extremitatibus adnaſcitur, hinc ad Scapulæ proceſſum Coracoidem implantatur. Offerunt ſeſe etiam hac in Tabula, I. Serratus poſticus ſuperior, K. inferior, quidam Humeri ut L. Deltoides, Dorſi ſeparati, ut M. latiſſimus & Lumborum Muſculi, qui ſunt N. Sacrolumbus, O. Longiſſimus, P. Semiſpinatus, Q. Sacer & R. Quadratus.


L
G
F
H
I
B
E
C
A
D
P
K
M
O
N
R
Q


K
M
F
I
M
K
F
A
H
L
D
G
B
C

VIGESIMANONA

TABVLA.

Horum prior A. non minus Dorſo quam Lumbis adhæreſcit. Ab Ilii oſſis margine B. Sacri C. poſteriore ſede Spinoſisque Lumborum Proceſſibus D. ortus, à Coſtis, E. quibus omnibus inferius, duplici Tendinea inſertione, trium circiter digitorum à Spinis ſpatio alligatur, maximum Fibrarum accipit acervum. Hujus enim claſſes, quandoque tres, quandoque plures, ſibi proximas tranſcendentes Coſtas, ſuperioribus affiguntur; aliæ, ſequentibus ordine quibuſdam implantantur: atque ita quoque collectis à pluribus Coſtis carnearum Fibrarum faſciculis, unaquæque Muſculoſa claſſis Tendineam efformat extremitatem. Maximus propterea eſſet numerus, ſi quisque Fibrarum faſciculus pro Muſculo haberi deberet ſpecifico; validis verò incluſi involucris, pro duobus exteriore nempè & interiore notandi vel comprehendendi ſunt. Primarius Dorſi Muſculus, F. ſummo jure Longiſſimus dicitur: Ab oſſis enim Sacri G. illique extremo H. productus atque à Lumborum Vertebris oriundis Fibrarum faſciculis I. coagmentatus, cum præcedenti aſcendit, quem circa Dorſi Vertebram infimam deſerens, ſingulis Lumborum ac Dorſi transverſis Proceſſibus alligatus, primam Thoracis petit Vertebram.

Secundum par, quod Semiſpinatum K. audit, ortum à Spinis oſſis Sacri L. & Lumborum omnibus, Apophyſibus Lumborum transverſis Spinisque Vertebrarum Thoracis omnibus affigitur easque amplectitur, M. donec in Spina Thoracis prima, ſibi ponit terminum.

TRIGESIMA TABVLA.

Sequitur hunc Muſculus Sacer A. qui acutus, à Sacri oſſis poſteriore ſede proſiliens, B. poſt varias in Lumbalibus Spinis atque obliquis Proceſſibus C. Fibrarum emiſſiones, in ultima Thoracis D. Vertebræ Spina deſinit.

Hujus claſſis ultimus Muſculus E. Quadratus, ab Ilii poſtica ſuperioreque F. Sacrique Laterali oſſis regione erumpens, G. transverſis Lumborum proceſſibus H. ultimæque Coſtæ alligatur. Muſculi quoque, modò in ſitu, vel parum ſeparati, hic à ſe invicem planè diſtincti, oſtenduntur, ut I. Sacrolumbus, K. Longiſſimus Dorſi, L. Semiſpinatus. Coſtarum Spinæ M. & N. Proceſſus, à Muſculis liberi. Hiſce demonſtratis, Partis Secundæ propoſitum abſolvi penſum.

FINIS.


M
L
M
N
N
I
E
H
K
G
F
A

GODEFRIDI BIDLOO,

Medicinæ Doctoris & Chirurgi,

ANATOMIÆ HVMANI CORPORIS

PARS TERTIA,

IMVM VENTREM EJVSQVE VISCERA CONTINENS.

Venter per excellentiam illa dicitur Corporis pars, quæ Diaphragmate, Osse Pubis anterius, Vertebris Lumbaribus & Osse Sacro posterius circumscribitur.

TRIGESIMAPRIMA
TABVLA.

Refectis Corpori toti communibus integumentis A. hic in conſpectum veniunt Abdominis quinque Muſculorum paria & quidem primò (dicam de uno Latere, alterum B. enim Pinguedine hoc in ſubjecto ita abundante, ut pollicis latitudinem craſſitiè æquaret, tectum reliqui) Deſcendens obliquè. Secundò D. Aſcendens obliquè. Tertiò Rectus Muſculus E. Nervoſis Interſtitiis F. nunc duobus, nunc pluribus diviſus. Circumſcribitur ad Latera albicante G. quaſi lineâ ſemilunari, quæ fit à concurſu Tendinum tum obliquorum, tum transverſorum Muſculorum. Sub hiſce (in ſequenti Tabula viſibilis) latet Transverſus: in imâ Abdominis regione, Pyramidalis Muſculus, H. quo plurima corpora carent; Horum latiorem deſcriptionem inveniet Lector ſub demonſtratione,


A
B
F
E
C
A
F
G
C
B
E
A
G
D
H
D
A

T. 32

Fig. 2.



Fig. 1.

TRIGESIMÆSECVNDÆ

TABVLÆ,

Figuræ I. A. Muſculus Obliquè deſcendens extra ſitum B. prima tendineo-carnoſa ejuſdem cum infima ſextæ, ſeptimæ, octavæ & nonæ Coſtæ parte connexio, altera ejus alligatio C. circa Ligamenta transverſorum Vertebrarum Lumborum proceſſuum, tertia verò cohæſio eſt cum D. oſſis Ilii Spina. Quod quia ab eodem Latere non ita commodè demonſtrari potuit, ad aliud exhibui. E. Carnearum hujus Muſculi Fibrarum fines. F. Abſciſſus Tendo qui uſque in albicantem lineam expanditur. G. Membranoſa Tendineaque in Pubis oſſe inſertio. H. Transparentes Coſtæ. Secundus Abdominis Muſculus I. Obliquè aſcendens, ſub priore ſitus; hujus Fibrarum lineæ ſuperius ducuntur, K. ab interno oſſis Ilii ſuperioreque margine, ut & oſſis Sacri ſpinis atque Membrana Lumborum Vertebrarum proceſſus transverſos obvolvente proſiliens, undecimæ duodecimæque ut & decimæ atque nonæ Coſtæ Cartilagineis annectitur partibus, Muſculoque Serrato majori antico digitatim interponitur, Tendineque lato ad medium Tendinum concurſum, dictum Lineam albam, pergit; antea verò, ubi Muſculo Recto obviam venit, in duas ſæpiſſimè dividitur ejus Tendo partes, quæ prædictum Muſculum vaginâ quaſi includunt. Hujus ſuperior pars, Muſculi Recti interſectionibus firmiter plexiformi Fibrillarum Nervulorumque texturâ adhæret inferius; interdum non invenitur, atque tunc Tendo ſimplex eſt. Tertius eſt L. Muſculus Abdominis, ſuo in loco, rectus. Longitudine ſua totum percurrens Abdomen, latitudine digitos interdum adæquans quatuor. Hujus Muſculi inſertio duplex eſt, una in parte anteriore M. oſſis Pubis, altera in oſſis Sterni tam media quam laterali parte N. imo in quatuor Coſtarum inferiorum Cartilaginibus, ſuperius enim Fibrarum ejus faſciculi Membranaceârum expanſionum intermiſſione diſtincti atque à ſe invicem ſeparati tenentur. Interſectiones, hoc in ſubjecto, hujus Muſculi, quatuor inveniebantur O. eæque omnes ſupra; cum ſæpiſſimè earum una atque altera infra Umbilicum ſit ſita. Interſectiones hæ, Nervulorum carni intertexti plexus ſunt; quorum ordo reticularis eſt, ab una enim ad alteram Muſculi partem & ſic vice verſa, Nervulorum propagines ſeſe interſecant atque decuſſatim demittuntur. Muſculus hic ſuo è ſitu remotus, exprimitur ſub littera P. Sequitur hunc quartus Q. Pyramidalis, Recti Tendinis extremitati inferiori incumbens: Ab externo Pubis oſſis ſuperioreque margine, in apicem deſinens, Tendinoſis fibris, transverſi Muſculi Tendini annexus, circa Umbilicum aut inferius paulò in tendinem abit teretem. Poſt hunc examinandus venit, ultimus R. Transverſus dictus, cujus alligatio prima ligamentoſo oſſis Sacri interdum, ſed plerumque Vertebrarum Lumborum transverſorum proceſſuum involucro, ſecunda imis Coſtarum quarundam Cartilaginibus, tertia oſſis Ilii poſticæ atque interiori parti vicina eſt. Ejus tendo hic abſciſſus, S. in Lineam dictam albam deſinit. Fibrulis ubique ferè Peritonæo annectitur, per quod ſubjecta hic Inteſtina T. obſcurè transparent ac protuberant; eſtque Peritonæum V. Membrana ex duplici Laminarum appoſitione exſtructa, denſa, lubrica totamque Ventris cavitatem obambulans, Nervoſo Spinalis protuberculi primæ, ſecundæ tertiæque Lumborum Vertebræ plexu alligatur; ubi abſque dilaceratione ſeparari non poteſt: connectitur ſuperius Diaphragmati, inferius Pubis & Ilii oſſibus, anterius Albæ dictæ lineæ, Transverſique Muſculi tendini. Quo ſenſu communiter duplex dicatur Peritonæum, in ſequentibus videbimus, ubi Renum vaſorumque Spermaticorum, &c. fiet demonſtratio. Hoc loco contexturam ejus, qua ſeſe facie per Microſcopium conſpiciendam exhibeat, ob oculos ponam, in

Fig. II. A. Fibræ Nervoſæ per Abdominis longitudinem excurrentes, B. Fibræ circulari modo à Nervoſo plexu per Abdominis latitudinem exporrectæ. Fibrulæ C. quarum ope præcedentes inter ſeſe connectuntur atque faſcium inſtar complicantur. Nervi D. eorumque propagines, circa Ventriculum maximè notabiles. E. Diſruptorum Sanguineorum vaſculorum veſtigia. Membrana hæc variis in locis pertuſa eſt, Primò in ſiniſtro Latere Oeſophagi exitui, Secundò vaſorum Sanguineorum tranſitui, Arteriæ nempè Aortæ (ſed non ſemper, inter Diaphragmatis etenim appendices hæc quandoque transgreſſum quærit) atque Cavæ Venæ, de minoribus non loquor, hoc enim cum toto corpore commune & neceſſarium habet. Proceſſum in utroque Inguine articuli digiti longitudine, anſerinæ Pennæ craſſitie, ab orificio ad finem ſemper clauſum, Cono ſimilem, attenuatum habet unum.

Totum hoc Membranaceum corpus Fibrulis Scroto adhæret vaſaque Spermatica non ſolum non capit; ſed ab uno tantum latere tegit, ita ut ſub eo è Ventris cavitate erumpentia, ad Teſticulos eorumque vicinas partes abeant, ut videre eſt in

Fig. III. A. Peritonæi pars. B. Conſpectus Proceſſus à cavitate Ventris. C. Vaſa Spermatica dicta, ſub Peritonæi velamine excurrentia. Exſiccati hujuſce Proceſſus facies delineatur in

Fig. IV. A. Peritonæi portio. B. Proceſſus orificium, C. ejuſdem attenuatum corpus, D. finis.

Ablatis hiſce Integumentis, viſcera ſub hiſce contenta, in conſpectum veniunt; quorum ſitum ordinarium exhibet

TRIGESIMATERTIA

TABVLA.

A. Omentum, Membrana tenuis, pellucida multisque locis perforata, ſita, ad Ventriculi fundum, Hepar & Lienem, qui ſub ejus velamento latet; à Peritonæo, ubi illud Dorſo alligatur, aut cum Peritonæo originem ducit. Duobus conſtat parietibus, inter quos cavitas eſt ſpectabilis atque inſignis. Figurâ eſt aucuparii Marſupii: Magnitudine variat, nunc ad Umbilicum, nunc ulterius progreditur. Superior ejus Paries ſive Folium præcipuè duodenum Inteſtinum, Pylorum, Ventriculi fundum Lienisque concavam partem obvelat hiſceque omnibus Fibrulis annectitur. Inferior ejus Folium ſive Paries, Dorſo alligatus, Hepatis Lobum atque Pancreas involvit, Inteſtino colo affixus, totus illi, ut & Ventriculi fundo adnaſcitur. Infima Omenti portio ſive Limbus, ab omni viſcere libera, Sacculi inſtar Inteſtina ſuper, nunc huc, mox illuc fluctuat atque propendit. Glandulæ, quibus Omentum ſcatet, hoc in ſubjecto, vix erant conſpicuæ, B. juxta Pylorum atque Lienem præcipuè ſituatæ, inter Foliorum, ſive Parietum ſtructuram, duplex etenim quæque eſt Lamella, copioſa eſt Pinguedo; de qua ſtatim. Oſtenduntur porrò hic C. Ventriculus. D. Hepar. E. Ligamentum ſuſpenſorium. F. Hepatis inter Lobos fiſſura. G. Inteſtini Coli portio. H. Tenuium, I. Craſſorum Inteſtinorum partes. Notandum Omentum hoc non tertiam ordinariæ Pinguedinis habuiſſe partem ideoque hoc in cadavere, reſpectu Pinguedinis, vix Omenti meruiſſe nomen: Membranæ enim tantum ejus apparebant. Pinguedo hæc ſpecificis obvolvitur ductibus ac Sacculis, ut ſeſe frequenter offerat, oſtenditur in


E
C
D
C
D
B
B
A
A
C
B
C
H
H
H
I
I
I

TRIGESIMATERTIA

TABVLA.

A. Omentum, Membrana tenuis, pellucida multisque locis perforata, ſita, ad Ventriculi fundum, Hepar & Lienem, qui ſub ejus velamento latet; à Peritonæo, ubi illud Dorſo alligatur, aut cum Peritonæo originem ducit. Duobus conſtat parietibus, inter quos cavitas eſt ſpectabilis atque inſignis. Figurâ eſt aucuparii Marſupii: Magnitudine variat, nunc ad Umbilicum, nunc ulterius progreditur. Superior ejus Paries ſive Folium præcipuè duodenum Inteſtinum, Pylorum, Ventriculi fundum Lienisque concavam partem obvelat hiſceque omnibus Fibrulis annectitur. Inferior ejus Folium ſive Paries, Dorſo alligatus, Hepatis Lobum atque Pancreas involvit, Inteſtino colo affixus, totus illi, ut & Ventriculi fundo adnaſcitur. Infima Omenti portio ſive Limbus, ab omni viſcere libera, Sacculi inſtar Inteſtina ſuper, nunc huc, mox illuc fluctuat atque propendit. Glandulæ, quibus Omentum ſcatet, hoc in ſubjecto, vix erant conſpicuæ, B. juxta Pylorum atque Lienem præcipuè ſituatæ, inter Foliorum, ſive Parietum ſtructuram, duplex etenim quæque eſt Lamella, copioſa eſt Pinguedo; de qua ſtatim. Oſtenduntur porrò hic C. Ventriculus. D. Hepar. E. Ligamentum ſuſpenſorium. F. Hepatis inter Lobos fiſſura. G. Inteſtini Coli portio. H. Tenuium, I. Craſſorum Inteſtinorum partes. Notandum Omentum hoc non tertiam ordinariæ Pinguedinis habuiſſe partem ideoque hoc in cadavere, reſpectu Pinguedinis, vix Omenti meruiſſe nomen: Membranæ enim tantum ejus apparebant. Pinguedo hæc ſpecificis obvolvitur ductibus ac Sacculis, ut ſeſe frequenter offerat, oſtenditur in

TRI-

TRIGESIMÆQVARTÆ
TABVLÆ,

Figura I. A. Omenti Pinguedine referti portio. B. Glandulæ in Pinguedinis Ramoſo corpore ſitæ. C. Foraminula Pinguedine deſtituta. Membranarum, à Pinguedine liberarum, facies demonſtratur in

Fig. II. A. Lamella ſuperior, B. inferior. C. Foramina. D. Cellulæ Poroſæ, ſive Sacculi è quibus adeps vel Pinguedo eſt exempta. E. Vaſa Sanguinea cerâ repleta. Pinguedinis liberandæ ab Omento modus hic eſt. Omentum totum Oleo Therebinthino fervido immergendum manuque tamdiu comprimendum conterendumque, donec tota Pinguedinis maſſa in oleo ſit ſoluta. Membranâ poſtea aëri, aut igni parum expoſitâ atque ita exſiccatâ, Vaſis ſanguineis injicienda eſt cera.

Demonſtrato Abdominis Viſcerum anteriore ſitu, eadem ſpeciatim examini ſubmittam, & quidem ante alia (vide Fig. V.)

A. Stomachum, cujus ſuperior pars Oeſophagus dicitur, (vide Fig. III.) pone Laryngem ſitus, ſuo cum ductu eam ex parte concomitatur. Exterius Oeſophagi orificium faucibus continuum eſt; qui locus Pharyngis nomine indigitatur; ſed de nominum varietate minus ſollicitus, uno verbo, Guttur mihi eſt, totus ductus internus, tam ab Uvula, quam ab Epiglottide, uſque ad Oeſophagi aperturam & partes proprias, quæ præter Tunicarum texturam, utpotè de qua ſub Stomachi deſcriptione dicendi copia dabitur, ſunt plurimæ Glandulæ B. & Muſculi.

Horum primi C. Cephalopharyngæi, capitis pluribus oſſium inferiorum eminentiis affixi, duplici, tendineâ ſcilicet, ac carneâ Fibrarum claſſe, ductui Oeſophagi ſuperiori alligantur.

Secundi D. Sphænopharyngæi, ab interno Sphænoidis oſſis proceſſu erumpentes, Oeſophago à Lateribus implantantur. Hujus Fibræ poſteriores, validiſſimam, reſpectu involucrorum, cum faucibus atque intricatam, reſpectu Fibrarum, habent connexionem.

Tertii E. Stylopharyngæi, Styliformi eminentiæ acuto atque tereti corpore affixi, in Oeſophagi itidem Latera exporriguntur.

Quartæ Muſculoſæ claſſes, F. ſuo Fibrarum apparatu Oeſophagum obambulant, ab utroque latere Scutiformi Cartilagini affixæ, tendine quædam, aliæ carne intercipiuntur: Atque juxta diviſionem hanc plurimi ſunt Muſculi Oeſophagiæi. Horum Muſculorum quidam faſciculi uſque in Oeſophagi medium, alii ulterius ſuis extenduntur tendinibus. Muſculi hi à parte poſtica oſtenduntur in

Fig. IV. A. Cephalopharyngæi. B. Sphænopharyngæi. C. Stylopharyngæi. D. Oeſophagiæi. Oeſophagus ſub Pulmonis fiſtula deſcendens, circa undecimam Vertebram, perforato Diaphragmate, ſuperiori Stomachi orificio continuatur.

Stomachus (Fig. V.) A. cujus præcipua pars in Epigaſtrio à ſiniſtris ſub Diaphragmate ſita, unicus eſt. Adhæret ei, ut in ſequenti Tabula, à ſiniſtris Lien, à dextris Hepar ab ipſo ex parte tegitur. Figurâ eſt oblongorotundâ, in fundo Gibbis ornatur duobus. B. C. Variat pro aſſumpto victu magnitudo. Superius ſive ſiniſtrâ parte Diaphragmatis Muſculis ope Fibrarum curvilinearum; Inferius, ſive dextrâ, Pyloro adjuvante, duodeno Inteſtino connectitur.

Totus extrinſecus levis, ſimplicisque ſtructuræ apparet; intrinſecus verò, ex varia Fibroſarum Lamellarum appoſitione conſtruitur, ut liquet in

Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 5.



Fig. 1.



Fig. 2.



T. 35.

Fig. 10.



Fig. 9.



Fig. 8.



Fig. 5.



Fig. 2.



Fig. 7



Fig. 4.



Fig. 1.



Fig. 6.



Fig. 3



TRIGESIMAQVINTA
TABVLA.

Exterior namque Tunica (vide Fig. I.) A. præter peculiares Tendineas Fibrulas, Membranaceam ſuam expanſionem à Peritonæo, ut Oeſophagus, partim à Pleura, accipit. Hujus Fibræ Stomachum juxta longitudinem atque ex parte obliquè obvolvunt. Huic atque ſecundæ plurima interſparguntur Sanguinea vaſa, quæ Cerâ repleri, ut oſtendit

Fig. II. commodè poſſunt. A. Stomachi portio. B. Vaſa Venoſa Cerâ repleta & ultra naturalem capacitatem diſtenta, ſeſe mutuo inoſculantia. Horum capillamenta interiora Gypſo turgida, demonſtrat

Fig. III. A. In qua B. plexiformes, tortuoſæ mutuæque inſertiones & divaricationes cum plurimis avulſis Fibrulis, apparent.

Secunda Lamella, (vide Fig. IV.) A. ex duplici Muſculoſorum faſciculorum circa fundum, atque ora, validorum ordine exſtructa eſt. Primi B. ab uno ad aliud orificium protenſi, plus, minusve pro loci diſtantia recti ſunt aut curvilinei. Secundus Fibrarum Manipulus C. obliquè ſub prioribus decuſſatim deſcendit atque aſcendit. Hi attamen ordines duo primæ Tunicæ tendineis extremitatibus connectuntur. Majori formâ exprimuntur in

Fig. V. A. Ordines juxta Stomachi longitudinem excurrentes. B. Hiſce ſubſtrati obliqui. Horum ſingulæ unius generis claſſes Carneæ C. à Tendineis D. excipiuntur atque elongantur.

Tertia ſive interior Tunica (Fig. VI.) in tres dividenda eſt Lamellas, aut ſaltem tripliciter conſideranda. Interior ſuperficies, A. mollis atque villoſa, cujus Fibrulæ acuminatim erectæ poſt & inter ſuam expanſionem Glandulas, B. & Glandoſa in modum Membranæ inter ſe cohærentia habet vaſcula, C. tenuiſſimis filamentis Membranaceis alligata D.

Hanc ſequitur (vide Fig. VII.) A. quæ Membranacea, Tendinoſa, Meatibus multis, B. referta exiſtit. Per hoſce plurima inſignia, ad prædictas Glandulas feruntur Sanguinea vaſa.

Tota hæc interior Membrana, in plicas ſive rugas variè figuratas, (vide Fig. VIII.) A. colligitur, quæ ſi Tunica hæc diſtendatur & ab adhærente Mucilagine liberetur, propemodum evaneſcunt & nil niſi laxam atque fungoſam Membranam, cum abruptis Vaſorum orificiis & Glandulis relinquunt. Structura hæc pro parte etiam Oeſophago communis eſt: præterquam quod hic minus Glandoſa Villoſaque exiſtat & à Pleura quædam exterius Membranacea acquirat filamenta.

Orificia Stomacho tribuuntur duo, quorum majus B. ſuperius, Os, anguſtum minus vel inferius, C. Pylorus vocari conſuevit. Superius os de quo circa Diaphragma monui, inſigni atque ſpecifico circulari Fibrarum ritu ut & Pylorus, circa quem omnes Tunicæ incraſſantur, exornatum eſt: exſiccata oſtenduntur hæc orificia; ſuperius in Fig. IX. & inferius in Fig. X. Huic annectuntur Inteſtina, quorum exteriorem ſitum atque Tortilem circumgyrationem exhibuit Tab. III. Corpora ſive organa ſunt, potius organum eſt, oblongorotundum; Stomacho inferius ut Oeſophagus ſuperius, continuum, ad anum uſque extenſum, plurimis locis quo ad capacitatem & ſtructuram tam interiorem quam exteriorem connexionemque varians. Maxima verò ex parte Stomachi ut continuata portio eſt, ita cum ejusdem ſtructura convenit; verum ab eo differt, quatenus prima ejus Tunica à Meſenterio, ut Oeſophagus à Pleura circulares quasdam accipiat Fibras, quibus ſecundi, ſecundæ Lamellæ carnei ordines, Tendineo fine inſeruntur. Inteſtinorum hic ductus, ſuperius ubique loci Glandoſus, inferius Carneus magis invenitur. Communi detectâ ſtructurâ ad proprias Inteſtinorum transeundum erit differentias. Inteſtina nominibus diſtinguuntur ſex. Omnium Primum in

TRI-

TRIGESIMÆ SEXTÆ

TABVLÆ.

Figura I. delineatum, Duodenum A. Pyloro continuum, deorſum Spinam verſus flectitur Vertebrisque Lumbalibus Membranaceo annectitur Ligamento: Huic inſerti ſunt, unico juncti Oſculo, ductus Pancreaticus B. & Bilarius, C. Hocce itaque loco Pancreatis fiet demonſtratio.

Pancreas D. quibuſdam mediantibus Membranis vaſisque Ventriculi fundo hic ſeparato E. Lieni F. atque Meſenterio alligatur. Glandoſus ille acervus decem transverſorum digitorum longitudinem, unius vel duorum craſſitiem attingens, Membranâ à Peritonæo partim hic avulsâ, G. exterius obvelatur; ſingulæ quippe Glandulæ H. proprio gaudent priori annexo involucro I. Duodeno aperto, viſui offertur Ductus Pancreaticus K. quibuſdam locis, L. denudatus. M. Ductus Bilarii portio, N. eorum in Duodenum exitus. Ductus Pancreaticus Membraneus, ex ſingulis Glandulis, Capillari divaricatione proſiliens, in medio unum abit in truncum. Magnitudo ejus ſive capacitas in & prope Duodenum, eſt calami ſcriptorii: quo magis Lienem appropinquat Lateralesque ejus Ramuli Glandulas petunt, eo magis gracileſcit atque attenuatur. Ut plurimum unicus cum Bilario ductu M. junctus, circa inſertionem inter Membranas quatuor circiter digitis ſub Pyloro, orificio prominente ac circularibus inſtructo Fibris, in Duodeni deducitur capacitatem. Quæ omnia repræſentantur in

Fig. II. Ductum Pancreaticum à Glandulis cæterisque integumentis liberum, cerâ repletum & exſiccatum proponente. A. Duodeni portiuncula. B. Ductus Pancreatici portio inter Membranas recondita, ejus C. Orificium Fibris Annularibus inſtructum. D. Meatus Bilarius. E. Pancreatici ductus exporrectum corpus. F. Laterales ejuſdem Ramuli. G. Capillares eorundem origines à Glandulis avulſæ.

Hepati, quia per Bilarium Meatum, cum prædicto Ductu ac Inteſtino, ſumma circa exitum & Lieni cum ipſomet Pancreate per vaſa ac Membranas eſt connexio; eorum viſcerum, relictâ cæterorum Inteſtinorum hiſtoriâ, demonſtrationem incipiam; & quidem primo Lienis (vide Fig. I.) F. ſitus in ſiniſtro Hypochondrio, ſub Diaphragmate, Coſtis præſertim Spuriis, Stomacho atque Pancreate circumſeptus, unicus, varii coloris, magnitudis & figuræ eſt. Frequenter ſeptem transverſorum digitorum longitudine, trium latitudine & ſesqui craſſitie gaudens; à ſiniſtris Gibboſus, à dextris Concavus aliquantulum exiſtit. Plurimis partibus vicinis connectitur. Membranis cingitur duabus, quarum prior H. communis, à Peritonæo, ſecunda propria, cujus exterior facies glabra, interior aſpera & ex diverſimodè tortis Fibrulis conflata eſt; ex ſingulis ſuæ ſubſtantiæ partibus, tenuia quædam filamenta à centro diramificantur, occurrentia cum aliis ſui generis ſtaminibus atque ita Membraneum hocce conſtituentia velamen. Ex hac quoque Membrana ab uno, ad aliud latus transverſi, inter ſeſe connexi nullamque cavitatem viſibilem poſſidentes, filamentorum emittuntur faſciculi, totum Lienis corpus uſque ad communem capſulam perreptantes, Membrana hæc à ſecunda Lienis Membrana orta, cum vaſorum ingreſſu, factâ foveâ ſive limbo, in Tubum extenſa, nunc Craſſa, nunc Tenuis, alias Retiformis & perforata eorum faſciculos concomitatur, ſequitur atque circumambit. Membranarum, Vaſorum, Fibrillarumque hæc elegans congeries, cujus extremitates ſeu expanſiones in cellulas vel retia abeunt, plurimis exornatur Glandulis. Cellulæ hæ à vaſorum quorundam corpore efformatæ, ſpatia inter eorum productiones irregulariter replentes, ſupra dictis reticularibus transverſis fulciuntur Fibrillis quarum quædam latâ, quædam anguſtâ aſſurgentes areâ, omnes interius Sanguineo vaſorum ac Nervorum gaudent plexu, cui Glandulæ alligantur. Harum Glandularum, ſive Pellucidarum Glanduloſarum Veſicularum infinitus eſt numerus, figura ovalis, cavitas exigua. Racematim plures, ab una propendent vaſorum, quæ ipſas obvolvunt, conjugatione. Singula hæc in ſequentibus depinguntur atque characteribus explicantur.

Fig. III. A. Lien cujus B. Arteria, rubrâ, C. Vena, albâ cerâ eſt repleta. D. Variæ earundem flexuræ & contorſiones. E. Capſulæ fovea, ſive Limbus ante vaſorum ingreſſum.

Fig. IV. A. Lien flatu parum diſtentus, exſiccatus & transverſim diſſectus. B. Membrana communis, C. propria. D. Cellulæ. E. Glandoſa corpuſcula. F. Vaſorum capillamenta. G. Communis Capſulæ veſtigia.

Fig. V. Exhibet A. propriæ Lienis Membranæ faciem interiorem. B. Ejus Stamina & C. avulſas Fibras, D. Cellularum aſſurgentia fragmenta & veſtigia, variis dotata angulis. In

Fig. VI. oſtenditur Lien à Tunicis Glandulisque liberatus, quod aquæ per Venam injectione & ablutione forcipisque poſt exſiccationem adminiculo fit. A. Arteria, B. Vena, cerâ tumida. Harum ramificationes Laterales *a. b.* C. Capſulæ veſtigia; pluribus etenim locis exſiccata & non viſibilis exiſtit. D. Nervorum propagationes & plexus. E. Fibrulæ à propria Lienis Membrana exortæ. F. Cellularum disruptarum flatuque ultra modum inſtar Membranæ extenſarum, reliquiæ. G. Lymphaticorum variarumque Fibrarum capillamenta. Viſo Liene, examini ſubmittendum in Figura tam prima, quam ſecunda

Fig. 6.

Fig. 6.

Fig. 3.

Fig. 5.

Fig. 4.

Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 1.



Fig. 2.

TRIGESIMÆSEPTIMÆ

TABVLÆ,

Delineatum A. Hepar, ſitum in dextro Hypochondrio ſub Diaphragmate, ab hinc ſiniſtrorſum, ad enſiformem uſque Cartilaginem & interdum ultra, inferius ad Umbilici regionem extenditur, pro circumjacentium viſcerum figurâ, motu atque connexione, licet verſus margines ubique attenuetur, variant magnitudo & figura, nunquam verò numerus, qui unicus. Dividitur in partem Gibboſam, ut in

Fig. I. & Concavam ut in Fig. II. Gibba, Peritonæo communi ejus adjuvante involucro, Diaphragmati poſticæque Hypochondrii regioni, Concava, Pyloro, Omento pluribusque aliis annexa eſt partibus. Triplici, præſertim Ligamento, ſitus hic confirmatur atque ſtabilitur. Primum ſuſpenſorium B. quo Diaphragmati C. alligatur, ex Hepatis interioribus partibus erumpens, Venæ Portæ vaginali Tunicæ à Latere quo ei Umbilicalis Vena adjacet canalique Venoſo, Ligamenti munus ſubienti, validiſſimè connectitur. Secundum quod laxius, priori opponitur, exſiccata eſt D. Vena Umbilicalis, ex Hepatis Fiſſura egreſſa, deſinit in Umbilicum. Hepatis Moles in Lobellos E. non plane ſeparatos ſubdiviſa, adipe variisque Membranis, præſertim Vaginali involucro obvelatur. Sequitur hac in delineatione parum è ſitu remotum, tertium, quod adjutorium F. dici poſſet, enſiformi Cartilagini adhærens. Non interiori machinæ, ſed latè Membranæ Hepatis exteriori tantum affixum. Fibris conſtat Ductilibus, Membranâ tenui & validâ, à Peritonæo deductâ, incluſis.

Hac miſsâ demonſtratione, oculis proxima ſunt Hepatis vaſa & Glandoſa maſſa. De Arteria notandum, vide Figuram II. G. diſtribui tum in Capſulæ, tum in Bilarii pori, ut cæteras partes, maximè verò in Portæ Tunicam finiri & à Nervis plexiformi ornari circumvolutione, ut Portæ Vena à Lymphæ ductibus. Ingreditur hæc Hepar, in partem concavam H. Prope centrum obvelatur, uti & Porus Bilarius I. Vaginalis ſive ſecunda hæc Tunica, adhæret primæ, ſed Carneis faſciculis inſtructa, multum ab ea differt: Reſpondet portæ diſtributioni; præterquam quod Felleæ veſicæ partem, qua Cavum Hepatis reſpicit, inveſtiat, poſt Venæ in Hepar ingreſſum, facto ſinu, quinque emittit ramos. Quorum priores quatuor Concavam, quintus Gibbam atque ſuperiorem Hepatis partem, perreptant. Cavæ præcipuè, K. tres inveniuntur ramificationes, poſticam & ſuperiorem Hepatis regionem pervagantes, Ramulisque prioribus nunc ex oppoſito quaſi, nunc decuſſatim, alias rectâ vel curvilineâ incumbentes. Fellis Veſiculam, L. Cyſticum Meatum, M. Porum Bilarium, N. Ductumque communem, O. licet inter Hepatis exteriora numerari ſolent, cum interioribus, quoniam eorum ſubdiviſiones atque conjunctiones, inter ipſius Membranas inveniuntur, tractabo. Vaſa hæc vario Fibrarum inſtar Membranarum ſtratarum plexu veſtiuntur. Fellea Veſica, L. Pyrum referens pro ſubjectis variæ magnitudinis, Hepati per Peritonæi portionem, communis Capſæ texturam & Fibroſam Membranam intermediam alligatur. Scatet ejus fundus Cyſticis radicibus, quarum major truncus ſæpius in veſiculam pertunditur, cum parvulo orificio & valvula, ubi Fibroſo circulo & interdum Valvulâ conſtringitur. Non rarò major hic Ductus non invenitur. Hujus Veſicæ elongatum Collum M. Cyſtici Meatus titulo condecoratur. Initium Fibroſo anguſtatur Annulo, ab hinc paululum amplificatum cum Poro Bilario, hic non conſpicuo, conjungitur. Organum hoc dupliciter, id eſt, extra vel in Hepate deſcribendum. Extra Hepar præcedenti Meatui & communi Ductui conjungitur, Tunicâ admodum Craſsâ præditum. Ejus longitudo à conjunctione uſque ad Hepar ad ſesqui digitorum transverſorum menſuram exporrigitur. Non procul à Portæ Vena Meatus hic, Capsâ circumductus, cum eadem pari paſſu pergit, circa majores laxè, circa minores ramulos arctè connexus, in non numerabilia tandem ſubdividitur capillamenta, quæ in totum Glandularum racemum ſingulamque acinorum partem terminantur. Extrinſecus Porus hic, cum deſcripto Meatu Ductuque communi, unitur; qui ex hiſce ortum ſumens, verſus Duodenum & interdum Jejunum pergit, cui obliquè, cum adjuncto Ductu Pancreatico, de quo ſupra, inſeritur. Hepatis reliquum corpus è Glandulis, plurimos in Lobellos diviſis, conſtat. Lobuli hi, conicâ figurâ, Membranâ & Fibroſis Ligamentaceisque filamentis præditi, vaſorum propaginibus etiam minutiſſimis alligantur: Singulæ verò Glandulæ varii ſed ut plurimum Pentagoni Hexagonique ſunt lateris. Hæc omnia dilucidantur in

TRIGESIMAOCTAVA
TABVLA.

Cujus prima Figura, cocti Hepatis portionem, ope Tubi optici depictam, exhibet. A. Exterior Hepatis Membrana avulsa. B. Glandulæ constituentes Lobellos, horum C. Fibrosa & Membranacea connexio. D. Vasa sanguifera & E. Bilaria ad eosdem distributa. In

Fig. II. demonstratur A. Ramulus Venæ Cavæ cum extremitatibus *a*. B. Ramulus Portæ Venæ cum Capillaribus extremitatibus *b*. Nunquam mutua Anastomosi conjunctæ.

Fig. III. Ostendit A. Meatum Cysticum & in eo B. Valvulam sive relaxatam Membranulam, C. Porum Bilarium, D. Ductum communem & ejus obliquum cursum ad Duodenum. In

Fig. IV. Vesicæ Felleæ cum annexis fit explanatio. A. Vesica Fellis pro parte aperta. B. Meatus Cysticus. C. Radices Cysticæ per Hepatis corpus dispersæ. D. Earum truncus majusculus, in quo E. Valvula, ante F. Orificium, quod in Vesicæ Cavitate exstat.

Fig. V. enodatio. Ostendit hæc excarnatum setarum abrasione Hepar, prout à parte Concava sese offert, in quo Arteriæ rubrâ, Cava viridi, Portæ Vena albâ, Bilarii Pori ramuli flavâ cerâ turgent. A. Hepatis dextrum, B. siniſtrum latus; C. Arteria Hepatica. *c*. Ejusdem ramificationes. D. Venæ Cavæ truncus, E. Diaphragmati proximus, F. truncus inferior. Ejus G. primus, H. secundus, I. tertius ramus. Horum *g. h. i.* Capillares distributiones. K. Venæ Portæ truncus. L. Capsa separata 1. 2. 3. 4. 5. Portæ ramificationes, quarum ultima parum visibilis. Minores earundem emissiones i. ij. iij. iv. v. M. Fellis vesica. N. Cysticæ radices. O. Ductus Cysticus. P. Porus Bilarius. *p*. Ejusdem divaricationes. Q. Ductus communis. R. Ligamentum Umbilicale. S. Canalis venosus ligamentum Membranaceum referens. Restitant quoque Nervorum T. & Lymphæductuum V. hic & alibi disrupta capillamenta. Absolutis visceribus hisce, Intestinorum historiam, cujus cum Duodeno positum erat initium, enarrare pergam.

Secundum Intestinum, vide

Fig. 5.



Fig. 4.



Fig. 1.



Fig. 3.





Fig. 2.

Fig. 4.



Fig. 5



Fig. 2.



Fig. 3





Fig. 1.

Fig. 7.

Fig. 6.

TRIGESIMÆNONÆ
TABVLÆ,

Figuram I. A. Jejunum ſitum præcipuè ſub Umbilici regione, diffèrt ab Ileo, reſpectu B. Lactearum venarum quarum Valvulæ hic majuſculæ exprimuntur & propriarum Valvularum, quæ hocce in Inteſtino copioſiſſimæ obſervantur Ileumque verſus ſenſim obliterantur. C. Membrana exterior ſeparata, ut interiorum Membranarum laxitas & Valvulæ C. aliquo modo exterius videri poſſent. Depinguntur etiam hic D. Arteriarum, E. Venarum, F. Nervorum G. Lactearumque ramificationes. Plicas quod attinet Valvuloſas, melius videri poterunt in

Fig. II. A. Jejuni exſiccati portio. B. Plicæ quæ partim Annulares, C. partim Semiannulares Valvulas D. fingunt. Inteſtinorum tertium Ileon, (vide Fig. I. H.) incipit, ubi pauciores Lacteæ deteguntur Venæ. Cæteris Inteſtinis ſimul ſumptis, longius exiſtit, ſitum ad Ilia, Coxas & Abdominis medium, circa Cæci Limbum terminatur. Ante Cæci demonſtrationem, non extra ſphæram putavi, Ileon exſiccatum exhibere, ut fit in

Fig. III. A. Ileon ſiccum, B. apertura in eo facta, ut C. Annuli ſenſim decreſcentes, conſpici interius poſſent. D. Portio Jejuno, E. Cæco, proxima. Sequitur in

Fig. IV. ab externa, in Fig. V. verò ab interna facie delineatum A. Cæcum, Quartum & inter Craſſa primum Inteſtinum. Notandum Cæcum atque Colon B. exſiccata, C. Vaſa cerâ diſtentâ, ad meliorem valvularum apparitionem repræſentari; ſequenti namque in Icone naturalem eorundem conſtitutionem propono. Nomen, hoc Inteſtinum ab altera clauſa extremitate adipiſcitur. à Colo, cujus eſt appendicula, ortum ſumens, locum circa Ilii oſſis cavitatem occupat. Membranacea Peritonæo alligatum connexione, Colon ubi intuetur, amplius multo, quam circa finem evadit. Figurâ, majuſculum Lumbricum, quatuor circiter transverſorum digitorum longum refert. Craſſorum ſecundum B. Colon principium habet, circa Ilii oſſis coſtam, cui Membranulis affigitur, Ileo Inteſtino D. continuum, cujus interior laxa Membrana ſesqui digitorum productione in Coli cavitatem propendens, Valvulam conſtituit: Deſcendens, dextro Reni, multiplici Fibrarum nexu, ſurſumque Felleæ Veſicæ adhærens Stomachumque perreptans, nullam deinde præterlabitur partem, cui Membranea non devincitur affinitate. Poſt deſcenſum in Pelvim, Veſicæque urinariæ amplexum, Viſis origine & Oſſis Sacri parte ſuperiore, tandem nomen deponit. à cæteris Inteſtinis, Valvulis, Ligamentis ac Cellulis diſcrepat. Valvularum prima & inſtructiſſima denotatur per literam E. ejus in Ileo apertura F. conniventes Valvulæ G. Harum Interſtitia H. Cellulæ ab externo Ligamento exſtructæ I. Inteſtinum hoc, licet quatuor Spithamarum tantum adimpleat longitudinem, omnium tamen eſt capaciſſimum. Excurrit per ejus mediam elatioremque partem, juxta longitudinem minoris digiti latitudinis, Ligamentum, quod interdum duplex, prædictarum Cellularum cauſa & ſtabilimentum eſt tenaciſſimum. Surſum porrò atque deorſum vicinis partibus Ligamentaceo Membranarum nexu cohæret. Inteſtinorum ultimum cujus imaginem ab externa ſuperficie

Fig. VI. proponit, A. Rectum, oritur ab Oſſis Sacri ſumma regione. Omnium, hujus B. exteriores Tuniçæ, validiores & craſſiſſimæ ſunt, longèque cæteris minorem relinquunt capacitatem, prædicto & Coccygis oſſi, ut & Pudendis ejuſque interius annexis, alligatur. Coli inſtar Membranaceis, Pinguedine farcitis exornatur C. appendiculis, quarum extremitates, D. diverſarum figurarum faciem exhibent. Inſpectionem merentur (vide Fig. VII.) hujus Inteſtini interioris Tunicæ plicæ A. irregulari ordine, quo magis B. Anum, de quo circa Penis Muſculos, appropinquant, corrugatæ, inter eas plurima ſanguineorum hiant ora vaſorum. Totum Inteſtinorum Syrma Meſenterii circumferentiæ affixum, oſtenditur in

QVA-

QVADRAGESIMÆ

TABVLÆ,

Figura I. A. Abdominis Muſculorum portiones. B. Omentum ſurſum remotum, cum C. Colo, in quo Ligamentum D. expreſſum. Circumjacentia Inteſtina ſunt vel E. Tenuia, vel F. Craſſa. Dividitur G. Meſenterium in partem Craſſiorem Pinguedinis Ductibus refertam & Tenuiorem ſive Membranaceam; harum prima Tenuibus, ſecunda Craſſis continua Inteſtinis. Figuram aliquatenus habet circularem, multis angulis interjectam, plicas perplurimas, ut Inteſtinorum circumgyrationi reſpondere poſſet. à Centro, H. periferiam verſus I. ſpithamæ latitudinis, longitudinis verò à prima uſque ad ultimam connexionem, trium & ultra eſt ulnarum. Ortum ſibi vendicavit à Membranis Lumborum quaſdam priores cingentibus Vertebras. Nervoſorum plexuum inſignis hic eſt & indefinitus numerus, ut & Glandularum K. Quarum prope exortum una major, L. per cujus corpus frequens vaſorum eſt curſus, concurſus & coagmentatio. Vaſa & Meſenterii Glandulæ non tantum prædicto communi involucro; verum etiam propriis Membranulis Ductibusque adipe refertis M. fulciuntur atque cuſtodiuntur. Obiter de Lacteorum ab Inteſtinis exortu ſupra dixi, ſequitur ut de iis eorumque ulteriore divaricatione ex profeſſo agam, quod fit in

Fig. II. Lactea vaſa A. paſſim ex Inteſtinis B. hic reclinatis erumpentia, primò ad Meſenterii minores C. inde ad mediam majorem Glandem D. abeuntia, Ductibus ab hiſce majoribus in Chyli commune deferuntur receptaculum, ſitum circa Thoracis ultimam & Lumborum Vertebras tres primas, quibus Fibrulis pluribus adnaſcitur; interdum ad ſiniſtrum interdumque ad dextrum magis vergens latus. Conſtituitur ex Glandoſa congerie, quarum una ſub Diaphragmatis tendinoſa extremitate ſibi locum vendicavit reliquæ ut plurimum tres, vel quatuor, racematim inter ſeſe Lacteis ramis cohærentes, Lumbarium nomine condecoratæ, inferius inter Aortam Arteriam & Cavam Venam inveniuntur, variæ figuræ, magnitudinis & diſtantiæ, varios emittentes ſui generis & accipientes ſurculos Lymphaticos, ita ut totus hic progreſſus tam in Abdomine quam Thorace, Chyli vel Lymphæ receptaculi nomen mereatur: Ab infinitis quippe partibus, ejuſdem generis vaſa Ductum hunc ingrediuntur. Ramuli verò præcipui, derivantur ab Hepate, ſecundum Portæ longitudinem excurrentes: quinimo ab omnibus Glanduloſis vicinis partibus. Poſtquam Diaphragma ſubrepſit, acquiſito Thoracici Ductus nomine variis inſertionibus Aortæ à ſiniſtris ſeſe adjungit Arteriæ circa quartam, quintam & ſextam Thoracis Vertebram, variâ interdum fiſſurâ, furcatione, ſive diviſione ornatus, ut liquet in

Fig. III. & IV. Ubi verò Axillarem Venam E. attingit ſiniſtram, huic, vel Subclaviæ, non ſemper eundem ſervans locum, inſeritur. F. Juxta ingreſſum appoſita eſt G. Valvula. Exhibet quoque

Fig. V. Lacteum vas A. inflatum & exſiccatum in quo B. Valvulæ magis à ſe invicem diſtant, quam in (vide Fig. VI.) vaſe Lymphatico eodem modo præparato.

Amoto Inteſtinorum tractu, in conſpectum ducuntur, ut videre eſt in

Fig. 1.


B
C
D
A
F
F
L
H
K
K
G
M
K
M
I
I
G
A
E
E
F
Fig. 4.
Fig. 6.
Fig. 5.
A
B
B
Fig. 2.
B
A
C
D
D
A
A
B
C
E
F
Fig. 3.

T. 41.



QVADRAGESIMAPRIMA

TABVLA,

A. Renes eorumque B. Ureteres. C. Veſica urinaria. D. Vaſa Teſtium, quorum unus, E. in, alter, F. à Scroto liber demonſtratur. Ante exhibita ſunt, G. Stomachus. H. Hepar. I. Pancreas. Quemadmodum etiam viſuntur, K. Inteſtini Jejuni, L. Recti filo conſtricti, M. Meſenterii, N. Aortæ Arteriæ, O. Cavæ Venæ, P. Muſculorum Abdominis ut & Q. communium involucrorum R. veſtigia atque portiones. Superius indigitata organa è corpore maſculo diſſecta, ſepoſita & à vicinioribus avulſa, repræſentat

QVA-

QVADRAGESIMASECVNDA

TABVLA.

A. Ren dexter, Membranâ adipe refertâ, B. ex parte ſeparatâ, obductus. C. Ren ſiniſter à prædicta liber. D. Glandulæ renales. E. Aortæ inferioris trunci portio; Ejuſdem inſignes quidam ſuperiorum *e.* & inferiorum E. abſciſſi ramuli. Quidam ejuſdem generis F. integri, varia ad organa tendentes. G. Cavæ Venæ infra Hepar portio. *g.* Ejuſdem præcipuæ quædam divaricationes abſciſſæ, quædam G. integræ relictæ, ut cum Arteria circa Renes, Teſtes eorumque annexa factum. H. Ureteres, Veſicâ urinariâ I. flatu diſtentâ, ex parte tecti. Ut verò ordine & ſingulatim præcedentia demonſtrentur, initium faciam à Renibus, præmiſsâ eorum Glandularum hiſtoriâ atque dilucidatione. Glandulæ Renales D. ſingulæ Reni, unde Renales, à parte Cava pollicis latitudinem diſtantes, ex variis Glandulis unâ pelliculâ exterius tectis exſtruuntur: Laxè verò quia cohærent, diverſâ gaudent figurâ intermediasque admittunt cavitates, quarum una inſignis ſummum habet cum Venis commercium. Renum numerus dualis, dextri ſub Hepate, ſiniſtri verò ſitus ſuperius aliquantulum ſub Liene partim inter, partim infra Peritonæi lamellas detegitur. Phaſeoli, ut delineat

T. 42.



Fig. 3.



Fig. 4.





Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 5.



Fig. 7.



Fig. 6.



QVADRAGESIMÆTERTIÆ

TABVLÆ,

Figura I. A. Rimulis, B. Tuberculis altitudinibusque ab extima facie ad interiorem ſubſtantiam Lobellorum in modum penetrantibus, interſecti figuram induunt; Gibbo namque exterius, circa medium verò foveâ donantur. Diaphragmati ut & Lumborum involucris ambo primâ Tunicâ, ſiniſter autem Lieni Coloque Inteſtino adnaſcitur. Veſtiuntur præterea tenuiſſimâ à Renum tubulis ortâ pelle propriâ, per hanc ſimamque Renis partem (vide

Fig. II.) A. immittuntur atque emittuntur B. Sanguinea vaſa ac C. Ureteres. Sanguinea vaſa ac Nervi poſt indefinitas intrinſecas ramificationes, à circumferentia incurvata deorſumque protracta aliis cum ejuſdem generis Ramis unita, plexum efformant partimque Glandularum partimque Ureterum tubulorum corpora amplectuntur ac perreptant, donec circa Papillaria protubercula oculum effugiunt. Exterior Limbus (vide

Fig. III. A.) ſectione inſtitutâ à Gibboſo latere, &

Fig. IV. A. Renem explanatum oſtendente, è plurimis eſt conflatus Tubulis B. quorum extenſi fines Membranulis, tam à latere, quam ſuperius includuntur, vel alligantur: Hiſce ſparſim diaphanæ interſeruntur C. Glandulæ; ſuperato verò hocce Limbo, ingens horum exoritur faſciculorum numerus; maximam etenim hi, cum Glandulis Renis conficiunt molem. Innumerabilium Glandularum hi acini utrorumque vaſorum exteriorum ac interiorum extremis appenduntur, circumſcriptione interſepiuntur propriâ. Quæ omnia liquent in

Fig. V. faſciculum unum exhibente ope vitri optici delineatum. A. Membrana Renis propria. B. Fibroſorum ſtaminum disruptorum veſtigia. C. Vaſa ſanguinea. D. Glandulæ. E. Tubuli Urinarii integri, F. abſciſſi. G. Papillæ corpus, H. Ureteris, ſive Pelvis portio. Superatâ vaſorum primâ diſtributione, horum faſciculorum quidam in unum collecti, partim à toto Renis Gibboſo arcu, partim ab inferiore Limbi margine deducti, variarum figurarum Papillas D. ut plurimum octo, vel novem extruunt. In Papilla hac ſive Papillari vaſorum protuberantia ſpatium aut cavitas detegitur; ex vaſorum tortuoſè rectèque flexorum lateribus orisque conflata Fibrulisque Membranaceis obducta. Papillares hæ protuberantiæ ab Ureteris ſive Pelvis E. Fiſtulis, in arcum poſitis atque in Rene divaricatis excipiuntur. Non rarò admodum breves interdumque dimidii digiti & ulteriorem expanſionem patiuntur, ut in

Fig. VI. A. Renis portio interior. B. Ureter. C. Pelvis, ejuſdem D. Fiſtulæ, Papillares E. excipientes protuberantias. Siccas has Fiſtulas ſpectandum oculis ſubjicit

Fig. VII. A. Ureter, B. ejus expanſio dicta Pelvis, cujus emiſſiones C. Tubuli vocantur. Ab extima Renis peripheria D. Fibræ derivantur Membranaceæ, vaſculorum faſciculos rectà permeantes, hiſce alligantur prædicta vaſcula atque Glandulæ ſtabiliunturque præcipuè Ureterum fiſtulæ, ſive Papillas excipientes emiſſiones, quæ ubi unum efformarint ſpectabilem Sinum, Pelvis E. nomine indigitantur. Hujus tractus Lumborum Muſculis incumbens Ureter, major cavitas Veſica, exterior pars Urethra dicitur; omnes & ſinguli variam Fibrarum agnoſcunt appoſitionem. Ut depingit per Microſcopium

QVADRAGESIMÆ QVARTÆ TABVLÆ,

Figura I. A. Ureteris prope Veſicam urinariam diſſecta atque expanſa portiuncula. Exterior Lamella B. ex Fibris Membranaceis juxta tubi longitudinem C. D. excurrentibus, adipe obductis multâ. Secunda, E. (inter quam & primam, ut etiam exterius in prima, multa reperiuntur vaſcula F.) ex obliquis Muſculoſis faſciculis, Tendinibus alternatim interſectis priorique involucro annexis, conflatur. Interior verò H. ex laxioribus & à ſe invicem diſtantibus Fibris, quibus I. Glandulæ inhærent exſtructa apparet.

Ureteres (vide Fig. II.) A. obliquè Veſicam verſùs ducti, circa Cervicem eidem, receptis, ſive emiſſis laxioribus & variè flexis Fibris, continuantur, propriam ex parte conſervantes configurationem. B. Veſica, C. hac in Tabula delineata, multa quia erat Pinguedine obducta atque craſſiuſcula, integra proponitur, aperta verò in ſequentibus oſtenditur alia, ubi & Ureterum in Veſicam exitus, indigitatur.

Veſica urinaria, Ureteris extenſa portio, ſitum obtinet in Hypogaſtrio inter Peritonæi Lamellas, Sacrum, Coxendicis Pubisque oſſa. Ut in Tab. XLI. lit. C. in maribus recto Inteſtino, in fœminis Uteri inferioribus incumbit. Umbilico, Pubis oſſi aliisque vicinis partibus alligatur plurimis. Pyriforme Globoſum organum ut in Rene Ureterum emiſſiones, ita quoque hoc cum ipſis, reſpectu ſtructuræ, convenit: Præterquam quod ſecunda Lamella ſpectabilioribus per totum excurrentibus atque ambientibus Carneis ditetur Fibrarum faſciculis; tertiæque, Glandulis ſcatenti, Villoſum adhæreat tegmen. Ita ut Ureteres eorumque in Rene Tubuli atque Urethra veſicæ, aut viceverſa Veſica horum ſit productio atque elongata appendix; uti circa Oeſophagum, Ventriculum ac Inteſtina, quæ pro uno organo vario muneri adaptato habenda veniunt. Reſectis circa collum (anguſta & à fundo inferior pars) exterioribus Fibrarum obliquis Manipulis, oculis proximæ ſunt Sphincteris Muſculi emiſſæ claſſes, de quibus infra latius. Aperitur Collum laxiore Membranæ productione Valvæ inſtar, foras ſpectante, clauſum, in Maſculo genere longius, in Urethram, Veſicæ extimam regionem, D. quæ hic, circa initium ab adjacentibus denudata atque tota viſui ſubjecta. Eàdem cum corporibus Nervoſis exterius obducitur ſubſtantiâ, ſpongioſâ verò inferius Fibrisque Muſcularibus ditatâ, Membranoſa ſuperius ipſamet exiſtit. Demonſtrantur quoque hac in Tabula quæ ulterius in ſequentibus explicantur, abſciſſa & vinculo ligata Vaſa E. Teſti inſervientia. Teſtis, F. ſuis involucris ex parte incluſus. G. Vas deferens. H. Veſiculæ ſeminales. I. Corpus Glandoſum atque Penis, K. cum annexis ab aſpectu poſtico. Hiſce de Veſica, via præſtruitur ad indaganda Pudenda, cognitu non inter leviora; quapropter ab Arteriæ ramulo ad Teſtes miſſo, abſoluto prius Scroto velaminibusque exterioribus, inchoare ſtatui: Utpote quo duce intricatiſſima eorum detegitur ſtructura. Forinſecus Teſtes extra Abdomen propendentes, (vide Tab. XLI.) Scroto veſtiuntur, laxa æque ac plicabilis Membrana, exterius atque interius Suturâ per ejus longitudinem excurrente diviſa plurimisque vaſis intertexta. Huic altera connaſcitur Muſculoſis dotata Fibris. Inter utramque expanſionem, ſimiliter ac in ipſâ cute, multivagæ obſervantur Glandulæ. Obducitur quisque Teſtis (vide

T. 44.

Fig. 2.



Fig. 1.

T. 45.

Fig. 2.

Fig. 3.

Fig. 1.

QVADRAGESIMÆQVINTÆ

TABVLÆ,

Figuram I.) A. Cremaſtere Muſculo. Hic Pubis oſſis ligamento affixus, ſuis, poſterius B. robuſtioribus faſciis, vaſorum Tunicæ C. vaginali incluſorum longitudinem ſequitur. Faſciculi hi à ſe invicem pro Membranæ extenſione plus minusve diſtant eique alligantur; unde avulſis Muſculoſis Fibris, Membrana hæc exaſperata apparet, interius verò lævis atque glabra remanet. Inferius D. Teſti, ſuperius E. Peritonæi Fibrulis firmiſſimè adhæret. Secunda Teſtium Membrana F. albuginea rectè propria, proximè enim Teſtium molem eamque ſolam involvit, Craſſa undique Teſti interius adnata, G. Mollis Glandulisque pluribus ornata, exterius tenſili obducitur Lamellâ Vaſisque deferentis ſurculos accipit exteriores. Enumeratis hiſce involucris, ſanguifera includuntur Teſtium vaſcula, vulgò Præparantia, ab Aortæ Arteriæ & Cavæ Venæ medio, vel Renali trunco (vide Tab. XLII.) erumpentia.

Ex hiſce Arteria A. (ut in Fig. II. Arteriam pariter ac Venam cerâ flatuque tumidam oſtendente) minori *a*. Vena autem B. plurima ſurculorum propagatione *b*. prima deſcendit, altera aſcendit. Circa Venæ ſubdiviſiones, Anaſtomoſes C. variæque inoſculationes retiformes D. Valvulæ E. diſtentæque protuberant portiones. Horum vaſorum invicem tortorum claſſes, indefinitis alligantur atque diſtinguuntur Membranulis, quæ etiam Teſtis corpus, perreptitant. Ubi Teſtes, Arteriæ attigêre, tam Epididymidi F. quam majuſculo Ramo Teſti ſupernè immittuntur ipſi G. atque hoc inverſo ordine reſpectu ſanguinis curſus de Vena *g*. intelligendum.

Teſtes numero bini, magnitudine variantes, figurâ gaudent ovali, horum unus (vide Fig. II.) ab involucris denudatus, alter Fig. I. albugineâ tectus demonſtratur. Eſt autem Teſtis ex Glandulis, vaſorum finibus alligatis vaſculisque peculiaribus hiſce continuis, conflatus: (ut in ſequentibus) contigua hæc cum Epididymide ſunt, Teſtium dorſo affixa atque albuginea partim tecta: conſtat autem Epididymis ut Teſtis, ex pluribus Glandulis ductibusque variè flexis atque tortis. Præterquam quod hiſce intercurrit major ductus intermedius, qui, ſolutis vinculis, in immenſam, reſpectu magnitudinis, extenditur longitudinem, ut in Fig. II. H. ex parte demonſtratur; majori formâ repræſentatur Epididymis in

Fig. III. A. Teſtis portio B. Epididymidis prima, C. altera ſolutio. D. Glandularum eminentiæ, E. Vas commune dictum Deferens, Vaginali, ſpecificâ Fibris circularibus dotatâ, tunicâ (ut in Fig. II. I.) quemadmodum Epididymis, obductum. Vas deferens, à multis, ut Umbilicale vinculum, diaphanis concomitatur Tubulis. Antequam verò Teſtium hiſtoriæ finem impono, eorum varias diſſectiones & imagines exhibebo, ut fit in

QVA-

QVADRAGESIMASEXTA

TABVLA.

Cujus Fig. I. Teſticulum refert A. ab Albuginea B. cæterisque involucris, liberum. C. Disrupta Teſtium vaſcula. D. Sanguifera vaſa Albugineam Tunicam B. pervagantia & E. perforantia. F. Epididymidis, ex parte ſoluti, flexus atque circumgyrationes. G. Vaſis deferentis portio inque eo H. Cavitas ſive Ductus.

Fig. II. Teſtem, A. referens, in quo Teſtium vel Seminariorum vaſculorum diſpoſitio atque ordo demonſtratur. B. Involucrum Albugineum ſeparatum. C. Vaſcula ſeminaria. D. Membranulæ eorum ordines interſepientes interſecantesque. E. Vaſorum ſanguineorum abrupta veſtigia, tam ad B. Albugineam Membranam, quam ad F. Epididymidem tendentia. Teſtis transverſim diſſecti faciem, oſtendit

Fig. III. A. Tunica Albuginea. B. Seminariorum vaſculorum manipuli. C. Membranulæ vaſcula inter ſe detinentes & diſtinguentes, D. horum concurſus.

Fig. IV. Teſtium vaſa microſcopio depicta demonſtrat. A. Vaſa ſeminaria à ſe invicem ſeparata. B. Eorum in Valvularum modum protuberantes Cavitates. C. Vaſa ſanguinea prædicta vaſcula diverſis locis ſequentia Glandulasque D. obvolventia. E. Membranularum fragmenta. In

Fig. V. demonſtrantur. A. Vaſa ſanguinea ad Teſtes abeuntia, cerâ, abſque ſeparatione internarum Membranarum, farcita. B. Arteriæ C. Venæque, antequam Teſtem attingunt, D. variæ diſtributiones, tam ad Epididymidem E. & Deferens vas F. Albugineamque Membranam G, quam ad ipſum Teſtem H. Horum vaſorum ab altero latere exhibet Icon ſexta. In qua, præcedentis Figuræ literæ explicationi inſerviunt.

Vas deferens (de uno ſatis erit dicere) ab Epididymide exſurgens, eâdem viâ Abdomen ingreditur, quâ Vaſa ſanguinea ad Teſtes feruntur. Super Inteſtinum rectum, reflexum, Veſicæ urinariæ poſteriorem adit regionem, ubi, ante concurſum, dilatatur atque Laterali adjunctione Veſiculis adhæret Seminalibus inque eas aperitur. Veſiculæ hæ (vide


Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 1.

T. 47.

Fig. 2.



Fig. 1.

Fig. 3.

Fig. 4.

Fig. 5

QVADRAGESIMÆ SEPTIMÆ

TABVLÆ.

Figuram I.) A. Parum hic ante delineationem flatu distentæ, Cellulosi sunt ac Membranacei Ductus à se invicem Membranulis B. sejunctis atque aliis inter sese revinctis. C. Harum longitudo quæ trium, crassities sive Parietum distantia, quæ unius, ut plurimum, est digiti, pro subjectorum diversitate, ut ipsæmet tortuositates, variant. Cellularum anfractuosæ cavitates D. multis ejusdem generis minoribus ditantur. Elongata harum portio E. Collum dicta, superato ex parte Glandoso corpore F. per Carunculam Papillarem, ex vasorum elevatione formatam G. variis in Urethram, præsertim duobus majoribus aperitur, H. orificiis. Exsiccatis verò Vesiculis, minores (vide

Fig. II.) A. harum Cavitates & Cellulæ non exactè conspiciuntur; quippe quæ distentione nimia vel rumpuntur; vel cum externa Membrana, figuram amittunt; vel nimis exsiccatæ, pro Membranulis à majoribus separatis habentur. Harum autem vestigia apparent, sub litera B. Membranæ C. Vasa D. deferentia & Vesiculas E. à se invicem distinguentes & inter sese devincientes. Vasorum deferentium F. ut & Vesicularum progressus ad G. Urethram. Hisce Vesiculis, ut & inferiori Urinariæ vesicæ parti sive Collo adjacet (vide Fig. I.) F. Glandosum corpus, propter Vesicularum exitus demonstrationem commodiorem apertum; sed in sequenti Tabula cum adjuncta Urinaria vesica exhibitum. Corpus hoc ovalis compressæ figuræ nucisque juglandis magnitudinis, Glandularum ex acervo coagmentatum, Membranâ obducitur (vide

Fig. III.) exterius A. validâ; cum Carnearum adjuncta Fibrarum Lamella, interius Glandium moles B. Membranulis Ductibusque perreptatur peculiaribus. C. Ductuum exitus, tam in hujus, quam sequentis Tabulæ primâ Figurâ denotantur, numero incerti ad Caruncularum latera Tubuloso singuli orificio D. in Urethram, F. hiantes. Corporis Glandosi flatu quam potuit distenti exsiccatique imago exhibetur in

Fig. IV. A. Membrana exterior. B. Secundi involucri Carneæ Fibræ. C. Diaphanæ Vesiculæ, quarum quædam disruptæ & fractæ. D. Quædam E. duriusculæ. F. Extensorum Ductuum portiones & Membranarum fragmenta G.

Glandoso corpori adjacet Penis, sive virile Membrum. (vide Fig. I.) I. Nexu validissimo Ossium Pubis medio alligatum. Figura huic parti concessa est oblongorotunda, inferius paululum depressa. à communibus denudatus integumentis, partes ejus prosiliunt propriæ, quas inter Musculi, de quibus, cum Ani organis, supra omissis, summam ob affinitatem, hic primò disseram.

Musculos Anus obtinuit quinos. (vide Fig. V.) Horum tres primi, circulari ambitu Recti Intestini extimum obvolventes marginem, uno Sphincteris nomine comprehenduntur. Primus A. sive superior validissimâ Carneâ mole exstructus, secundus, B. Membraneus, tertius, C. verò transversarum Fibrularum interventu cuti, circa extimum Limbum, Glandosis scatenti tuberculis, affixus hæret. Interstitia habet D. ex Tendinum mutua atque alternata emissione. Interior Intestini laxa tensilisque Tunica, Valvulas ab uno ac altero latere fingit quodammodo semicirculares. Omnes hi Musculi Ossis Sacri Vertebrarum velaminibus alligantur. Vesicæ, Peni, Utero Ossique coxæ, partim Fibrarum distributione, partim Ligamentaceorum Membranarum adjumento affiguntur. Levatores duo reliqui Musculi, E. qui non rarò duplices inveniuntur quorumque insignis Fibrarum Manipulus Uterum, in fœmineo, Penem, in masculo sexu adit, circumjacentium trium Ossium ligamentis, suam debent connexionem, hinc unus ad sinistram, alter ad dextram Sphincteris superioris Lumbi partem excurrens, Intestino, ut & Sphincteri obliquè inseritur cumque ejus Aponeurosi, mutato parum Fibrarum ductu, intimè intricatur.

Peni, ut plurimum, Musculorum paria tribuuntur duo. Primum quod Penem attrahens dici posset F. ab Ischii Ossis tubere atque margine erumpens, in validâ Nerveorum corporum Membranâ G. delitescit. Alterum H. quod Urethram Comprimens non ineptè nuncupari liceret, à Sphincteris fasciculis huc missis, exstructum internisque lateribus junctum, supra Urethram, quam quasi amplectitur, excurrens, Membranæ itidem prædictæ ubique à latere inseritur. Tertium, quod non semper invenitur, ab uno tantum I. latere hic depictum, è situ transverso nomen acquirit; à Coxendicis apophysi parum infra primos Penis Musculos erumpens, inter Sphincterem Musculosque Comprimentes, Urethræ basi inseritur.

Tegitur exterius circa Glandem K. Penis Præputio L. ex involucris communibus hocce loco laxioribus multisque musculosis fasciculis interius nervosis annexis corporibus conflato. Involucrum hoc inferius Frænulo, M. Ligamentaceâ potius tendineâ Membranâ Glandi affigitur. Ipsummet denique Penis corpus ex duobus præcipuè corporibus, Urethram præter, dictis Nervosis N. exstruitur, vide

QVA-



QVADRAGESIMÆOCTAVÆ TABVLÆ,

Figuram I. A. Obſepitur unumquodque Membranâ exterius denſâ atque firmiſſimâ B. quâ amotâ, altera conſpicitur: Ex hac plurimæ emittuntur Fibræ, ab uno, ad aliud latus hæcce perreptantes corpora Membranasque exſtruentes; hiſce inextricabiliter annectuntur atque fulciuntur Vaſorum ſanguiferorum Nervorumque multivagi plexus Diaphanæque plurimæ Glanduloſæ veſiculæ, quæ diluto ſanguine atque inflato pene, Membranularum Fibrillarumque præſeferunt imaginem. Alligantur modo dicta corpora, relicto pro Urethra interſtitio, C. Pubis oſſium inferiori regioni, aſcendendo verſus Penis extima ora, Septi D. Membranulæ intermediæ juxta Penis longitudinem exporrectæ, ope, tam conjunguntur, quam diſtinguuntur. Quoque magis Glandem cum Septo accedunt, eo magis, cum Septo attenuantur; ita ut prope Glandem, gracileſcente & quaſi evaneſcente Septo, in unum videantur coaleſcere. Glans autem E. ſive Penis capitulum, Turbinatâ figurâ & ſpeciali inſuper velamine prædita, corporibus hiſce appoſita, Urethræ præbet exitum. Componitur, præter communia, ex Carneis Lamellis, Membranulis interjectis, ut videre eſt in

Fig. II. A. Glandis portiuncula, per Tubum opticum depicta. B. Membrana Peni communis, ut & huic parti propria C. ſeparata. D. Carnei faſciculi Membranæ inſtar juxta ſe invicem diſpoſiti: horum quidam E. admodum exiſtunt intricati. F. Membranulæ interiores. G. Vaſorum, præſertim Nervorum plexus. Inflati, exſiccati & juxta longitudinem aperti Penis anterior facies exhibetur in

Fig. III. A. Corpora, dicta Nervoſa. B. Septum ſive interſtitium Membraneum. C. Fibræ ab interiori Membrana erumpentes Membranulasque D. exſtruentes intermedias. E. Vaſa corpora pervagantia. F. Glans. G. Urethræ os, ſive apertura. Penis, eodem, ut præcedens, modo præparati diſſectique aſpectus poſterior, depingitur in

Fig. IV. A. Corporum Nervoſorum Tunicæ ſeparatæ. B. Corpora Nervoſa, circa quæ, præter modo demonſtrata, notatu digna occurrit C. Urethra eique appoſitæ, corporibus Nerveis ſimiles, Fibræ D. Urethræ aſcenſus E. per Glandem F. Penis transverſim diſſecti portiones exhibent

Fig. V. & Fig. VI. A. Penis corporumque Nerveorum Membrana B. Corporum C. Septi D. Vaſorum, Urethræque E. facies. Depingit præterea Icon hæc, (vide Fig. I.) F. Veſicam urinariam apertam, G. Ureteres, H. Vaſa deferentia, I. Seminalium veſicularum K. corporisque Glandoſi exitus.

Fœminea, generationi dicata illuſtraturus organa, primò eadem ex parte, in ſitu naturali propono in

Fig. 1.



Fig. 3.

Fig. 4.

Fig. 5.



Fig. 2.



Fig. 6.




H
A
K
I
F
G
C
B
D
A
E

QVADRAGESIMANONA
TABVLA.

A. Apertum Abdomen. B. Uteri in ima Abdominis Cavitate ſive Pelvi immerſi altera Tuba. C. Inteſtini recti, vinculo ligati, ut & D. Veſicæ urinariæ, E. Vulvæ, F. Aortæ Arteriæ, G. Cavæque Venæ portiones. Hiſce ſupernè adjacent, H. Stomachus ſtylo ſuſpenſus. I. Hepar, ad latus reclinatum & à latere K. Renes. Ut verò ulterius conſpiciantur modo dicta organa, oſtenduntur cum annexis è corpore diſſecta, à vicinioribus ſeparata atque in ſitu naturali, quantum fieri potuit, repoſita, in

QVIN-

QVINQVAGESIMA TABVLA.

A. Ren dexter, B. ſiniſter. C. Glandulæ Renales. D. Ureteres. E. Aortæ Arteriæ F. Cavæque Venæ abſciſſi trunci, eorum *e. f.* emiſſiones, ad Ovarium & Tubam, harum dextra G. ſoluta inflataque, ſiniſtra verò H. ſuis adhuc involucris circumvoluta apparet. I. Inteſtini recti vinculo ligati portio. K. Uterus. L. Veſica urinaria communi Peritonæi velamine obducta. M. Uteri Tubæ. N. Ovaria. O. Vulva ſive Pudendum muliebre. Quod quia externè in anteriore Pubis oſſium regione ſitum (ut circa virilia) ante cætera examini tradam. Componitur, ſepoſitis communibus toti corpori, ex partibus dictis Labiis P. partim Clitoride Q. atque Nymphis R. exterius Labia, fiſſuram relinquentia intermediam ab Oſſe Pubis ad uſque ferè Anum extenſam, quod ſpatium Perinæi ſolet indigitarier nomine, Crinibus S. ornantur, interius tam Muſculoſa à Sphincktere, quam Pinguedine interfarcito Membranaceo exſtruuntur apparatu. Inferius Labia ſtricta Tenſaque, ſuperius protuberantia reperiuntur. Horum ſummitates venereorum monticulorum, T. cognomento dignoſcuntur. In ſuperiori Vulvæ angulo interque laxa ejus involucra, eminet Clitoris V. eàdem, quâ Labra, tunicâ, dictâ Præputium obvelata, vide


A
B
C
C
F
E
G
G
D
D
H
H
I
K
L
M
M
N
N
P
P
Q
R
R
S
T

T. 51.

Fig. 1.



Fig. 2.

Fig. 3.



Fig. 4.



QVINQVAGESIMÆPRIMÆ
TABVLÆ,

Figuram I. A. Clitoridem ſeparatam oſtendentem. Maxima Clitoridis pars, Virilibus corporibus, dictis Nervoſis, ſimilis eſt: Inferius etenim à Pubis Oſſium velamine, duobus à ſe invicem diſtinctis erumpit cruribus, B. quæ poſtea lateraliter, cum intermiſſis ſingulorum involucris, conjunguntur oſſisque prædicti medio alligantur. Horum corporum Meatibus referta Papillaris protuberantia, D. Clitoridis caput, ſive Glans dicitur. Muſculos Clitoris proprie obtinet duos, E. qui à Coxendicis velamine progredientes, ejus crura ſuper excurrentes, iisdem ubique loci inſeruntur elongatoque corpori alligantur. F. Reſtitant porrò hic Muſculorum vaginæ abſciſſorum portiones. Clitoridis interior facies exhibetur in

Fig. II. A. Clitoridis capitulum. B. Membrana propria. C. Fibrulæ ab hacce emiſſæ. D. Membrana ab utroque latere exſtructa propria, Septum fingens. Emittit circa Glandem Clitoris, magnitudine maximè variantes, laterales quaſdam protuberantias (vide Fig. I. G.) palearifórmes duas, Nymphas vocatas, quæ ad latera Urinarii Meatus deſcendentes, Tenuium inſtar crurum, gracilioribus ſuis Fibrulis ipſismet affiguntur Labiis oculumque tandem effugiunt. Transverſi digiti ſpatio ſub Clitoride, detegitur Urinarii Meatus ſupra deſcripti apertura. Obducitur, hocce in ſexu, totus Urethræ ut & uteri vaginæ tractus (vide

Fig. III. Meatum hunc juxta longitudinem apertum depingentem) A. Glandoſo acervo B. vaſculisque pluribus, quorum ductus, C. tam in Vaginæ orificio, D. quam Urethra ipſa E. aperiuntur. Diſſectis remotisque Pudendi Labiis, F. Vaginæ interior ſuperficies inſpicienda venit; antequam autem hanc oſtendere pergam, monendum quid erit de ipſius orificii coarctatione, Hymenis titulo ſuperbiente. Interior Vaginæ tunica, corrugationes plicasque habet vario modo diſtentas varioque itidem modo eminentes, exteriorem Vaginæ limitem orbiculatim ex parte obſepientes: Hæ omnes tamen flatus diſtentionisque vi obliterantur nullamque niſi veræ Nerveæ Membranæ, toti Vaginæ communis, ſpeciem nullumque virginitatis clauſtrum adumbrant. In juvenculis verò, laxa admodum atque extenſa hæc eſt Membrana, ut minuſculum tantum relinquat foraminulum, intermedium. Obducitur vagina inferius muſculoſis Fibris à Sphincter ortis clitoridisque corpori annexis, ut & ejuſdem generis faſciculis huic parti quam Labiis communibus. Super rectum Inteſtinum, cui firmiſſimè connectitur, oblongâ figurâ Tubi inſtar flacciduli prorepens, exterius ſecundum longitudinem Membranaceo, Pinguedinoſis ſacculis ornato, circumducitur Muſculo. Quo ad Vaginæ latitudinem longitudinemque, ſecunda ut plurimum ſeptem, prima trium plus minusve transverſorum reperitur digitorum, cujus finis uteri orificium amplectitur. Primaria poſt vaginam perſcrutanda pars, Uterus eſt (vide

Fig. IV.) A. qui totus cum annexis in præcedenti Tabula oſtenditur. Unicus, magnitudine varians, licet multoties trium circiter transverſorum metiatur digitorum, ejus à fundo ad collum longitudo; inter Veſicæ urinariæ & Recti Inteſtini medium locatus, figuram aſſumit pyriformem (loquor de non ingravidato) dividitur in Fundum B. quæ ſuprema, atque Cervicem ſive Collum, C. quæ inferior pars eſt. Vaſorum, Glandularum Membranarumque compages hæc, orificio ſive Limbo quodam D. ab ipſa Vagina, E. in quam propendet, diſtinguitur. Prima huic organo ubique ſupertexta Membrana à Peritonæo valida exoriens, duplici gaudet apparatu; exterior etenim Tunicæ pars, lævis ac glabra, interior Carnea atque Fibroſa exiſtit. Interſecantur Uteri vaſa, quæ ſerpentino pampiniformique ritu, mutuis indefinitè aſſociantur anaſtomoſibus, innumeris Glandulis ac Membranulis; quæ, compoſitâ Carneis inferius inſtructâ Fibris obliquis Tunicâ, tendinibus in medio alligatis, in-

ternam

QVINQVAGESIMAPRIMA TABVLA.

ternam uteri obducunt ſuperficiem. Utero aperto, conſideranda ejus eſt, F. Cavitas, quæ exigua juxta longitudinem inſculpta, lineis duabus elongatis, à fundo, collum quodammodo triangularis, petit. Hujus apertura in virginibus, anſerinum vix admittit calamum. In utroque cavitatis angulo, G. orificium invenitur, cujus variæ latitudinis ductus, H. uteri Tuba dictus, in principio ſtylum, I. ægrè minuſculum, in medio verò, minorem capit digitum; ad uteri latera ſitus, à prædicto orificio paulatim incurvatur, circa finem Ilicò anguſto donatur exitu, K. circularibus circumvoluto fibris. Membranacea hæc ſtructura, cujus longitudo ſeptem transverſorum digitorum inveniri ſolet, cum uteri tam externo, quam interno involucro communis eſt: Præterquam quod interior Tubæ Membrana laxior & ſecundum longitudinem plicatior exiſtit. Fibrularum hi faſciculi, inflatâ parum tubâ, multum à ſe invicem recedunt, quod in alterius lateris aperta, L. liquet. Ubi Ovariorum M. corporum dimidium N. ambiere, Muſculis finiuntur plurimis, O. qui Membranaceæ tubæ ſtructuræ affixi, foleaceum mentiuntur ornamentum. Diſtant ab M. ovariis transverſi digiti ſpatium, tenuiſſimis verò, Membranæ, alis veſpertilionum non diſſimili, P. partibus, iiſdem alligantur.

Muliebres Teſtes, potius Ovaria, quorum unum integrum, M. alterum, Q. per medium juxta longitudinem diſſectum oſtenditur. Utrimque unum transverſis duobus ab Uteri fundo digitis ſitum invenitur. Vaſorum dictorum Spermaticorum involucris atque ita ipſi Peritonæo firmiſſimè adhærent. Validâ interius, è mollibus coagmentata Fibris, circumvoluta Tunicâ, R. figuram ab utroque aſpectu exprimunt globoſodepreſſam, multis ubique protuberculis ſulcisque inſtructam.

Hocce aperto velamine, Ovariorum interna conſpicitur facies; quæ ex innumerabilibus Membranulis, Fibrularum Vaſorumque plexibus, Glandulis S. ac Veſiculis diaphanis, T. compoſita cernitur. Membranulæ hæ exteriori involucro, ut hiſce iterum fibrulæ alligantur atque indiſſolubili nexu, cohærentes, ſpatia atque loculamenta pro glandulis veſiculisque relinquunt. Glandulæ vaſorum capillamentis non minus intrinſecus, quam extrinſecus obvolvuntur validioreque ſpecificâ veſtiuntur Membranâ tenaciſſimisque radiatim diſpoſitis conſtruuntur ex tubulis. à Veſiculis verò differunt, illæ etenim liquore turgent limpido vaſorumque exiles ſurculi atque plexus in ipſismet harum tantum membranis diſperguntur. Eodem propemodum ritu ac in maſculo ad Teſtes, in fœmineo genere Sanguifera vaſa ad ovaria feruntur atque ab iiſdem deferuntur. (vide Tab. L.)

Tota Uteri moles cum annexis Membraneo à Peritonæo derivato, lati inſtar ligamenti ubique expanſo involucro, V. vicinis alligatur partibus ſuaque in ſede detinetur mobilis. à toto itidem fere Uteri corpore, duplicis Lamellæ, W. Membrana, Ligamenti rotundi titulo indigitata Spithamæ longitudinis, inter Peritonæi duplicaturam, extra Abdomen utrimque inguina verſus deducitur; unde ſupra Pubis oſſa excurrens, prope Vulvæ ſuperiora in plurimas ſubdividitur fibrillaceas expanſiones. Membrana hæc, ut innumeris omnium Vaſorum generum propaginibus, ita etiam multifariis permeatur Membranulis ac Fibrulis, à priori deductis eique annexis horumque agmina ſeorſim obvelantibus, ſuſpendentibus atque à ſeſe invicem diſtinguentibus. Quomagis Membrana hæc, ab utero recedit, eo magis cognominis Etymon, ſuâ figurâ mereri videtur. Prope etenim Uterum lata magis, prope verò inguina rotunda magis exiſtit. Exemto omne de Ventre viſcere, prout ſeſe conſpiciendus exhibet, depingit,


F
C
D
A
E
G
B
B
H
L
M
I
N
K
A
L
I
K
P
O
P

QVINQVAGESIMASECVNDA

TABVLA.

A. Muſculorum Abdominis decuſſatim diſſectorum portiones. B. Diaphragmatis in Tab. XXVI. deſcripti ſed non delineati facies à parte qua Abdomen ſpectat. Foramen pro C. Vena Cava atque D. Oeſophago. E. Aortæ Arteriæ abſciſſus truncus. F. Diaphragmatis ſuperior, G. inferior Muſculi portio. H. Caudales hujus faſciculorum fines. I. Lumborum Vertebræ. K. Femoris Muſculus Pſoas. L. Idem à Vertebris ex parte ſeparatus, ſtylis diſtractus & ad latus diductus. M. Lumbi quadrati, N. Iliaci interni, O. Lividi P. Tricipitisque Muſculorum portiones & veſtigia; de quibus, ut reliquis Ani Muſculis, quoniam in Parte Quinta dicendum erit ulterius, Tertiæ huic Operis ſubdiviſioni ponendus hic eſt terminus.

FINIS.

GODEFRIDI BIDLOO,

Medicinæ Doctoris & Chirurgi,

ANATOMIÆ HVMANI CORPORIS

PARS QVARTA,

DE INGRAVIDATO VTERO, FOETV EJVSQVE ANNEXIS.

Demonſtratis utriusque ſexus genitalibus, ad ingravidati Vteri Fœtusque delineationem atque explicationem transgredior: haſce autem eo ſtatui proponere ordine, ut cultro anatomico detegunturviſuique ſeſe offerunt. Primò itaque imprægnatum Vterum, ſecundò Fœtus involucra eisque annexa, tertiò denique ipſummet Fœtum, reſervatâ Oſteogeniâ, de qua in Parte operis hujus ultima, dilucidabo. Hanc ſecundum normam exhibetur

Fig. 1.



Fig. 4.



Fig. 3.



Fig. 2.



QVINQVAGESIMÆTERTIÆ
TABVLÆ.

Figura I. Quæ Uteri non diu poſt imprægnationem è corpore diſſecti Iconem demonſtrat. A. Uteri fundus. B. Tuba ſiniſtra ipſi Ovario C. inhærens. D. Vaſa ſanguifera ſanguine turgida. Tuba hæc (vide

Fig. II.) A. Poſtquam fuit avulſa, non tantum circa introitum B. ſed uſque in Uterum C. intenſa rubedine, ex vaſorum diſtentione, tam intrinſecus, quam extrinſecus imbuta apparebat Piſumque majus facillimè capiebat. Apertâ Uterinâ Tubâ (vide

Fig. III.) Fibrarum Muſculoſarum A. atque Membranacearum conſtitutio B. inſpectioni ſeſe offerebat; ab invicem enim diſtinctæ extimoque involucro C. affixæ jacebant Tubæque Muſculorum D. facies commodè diſtinguebatur. Ulterioris demonſtrationis ergo præcedentibus addidi,

Fig. IV. Uterum referentem A. hunc, poſtquam Vaſa ſanguifera, Vena B. fuſcâ, Arteria C. rubrâ, fuere cerâ repleta. Quod artificium ab uno tantum inſtituitur latere, ita ut ex vaſculi unius ceræ immiſſione, omnium fiat repletio. D. Membranæ exterioris portiuncula ſeparata. E. Ligamentacea expanſio lata. F. Ovaria. G. Uterinæ Tubæ itidem albâ cerâ repletæ. H. Vaſa ſanguifera per corpuſcula, dicta Ligamenta rotunda, copioſè & faſciculoſè diſperſa. Sequitur



QVINQVAGESIMAQVARTA

TABVLA,

Mulieris ultra ſeptem menſes gravidæ, inexpectatâ atque repentinâ morte exſtinctæ, apertum Abdomen referens. Corpori univerſo communibus A. ut & Abdomini propriis diſſectis & ad latera diductis integumentis B. Uterus ipſe, C. Sphæricâ figurâ, cujus baſi Inteſtina D. cedunt, hoc in ſubjecto ſolito plus ad dextram vergens, in conſpectum venit. Ejus Collum, quod reſpectu longitudinis multum extenditur conniventerque claudi ſolet, hac in Figura ex parte tantum viſibile E. exiſtit. Totum Uteri corpus, ut ſupra innui, Vaſis intumeſcentibus perreptatur F. ſanguiferis, quæ abſque Valvarum interſectione mutuis aſſociantur Anaſtomoſibus eoque ſibi invicem obviam eunt modo, ut unum continuum variè diramificatum Uterique partes ſingulas viſitans & ad duorum digitorum craſſitiem omnes ſimul extendens videatur Vas.


A
A
D
D
D
D
C
F
F
F
C
B
B
E
A
A


B
D
D
B
A
E
E
A
G
F
I
H
L
M
A
B
C
B

QVINQVAGESIMAQVINTA
TABVLA.

Utero A. cum Abdominis integumentis tam propriis B. quam communibus C. decuſſatim aperto remotisque cum cæteris viſceribus Inteſtinis D. ejus avulſæ de Uterina placenta E. aſperitates, F. Cavernoſæ foveolæ G. atque Tubercula H. inſpectioni patent. I. Chorii cum adhærentis Placentæ K. ſeparatisque Urinariæ Membranæ L. Amniique M. portionibus, facies.

QVIN-

QVINQVAGESIMASEXTA

TABVLA.

Poſt deductam à parte ſuprema placentam A. Chorii B. Urinariæque Membranæ portiones C. Uterum D. omniaque Abdominis involucra E. Fœtus F. ſub Amnio G. latitantis ac transparentis vinculoque Umbilicali H. affixi, ſitus conſiderandus atque admirandus exiſtit, qui pro geſtationis tempore ac ſubjectis, varius inveniri conſuevit. Ut plurimum Caput I. uti hac in Tabula delineatum, Uteri fundum poſſidet. Cubiti K. genubus L. Manus M. Pectori N. aut Collo, O. hic inſolitè Pedibus, P. qui multoties plantis Natibus, appropinquant. Quibuſdam ante partum, puta tribus, vel quatuor ſeptimanis, Fœtus inverſo à priori ordine diſpoſitus cernitur: Capite etenim deorſum reflexo, alium planè tam reſpectu totius corporis, quam ſingularum quarundam partium ſitum aſſumit ſolutisque manibus pedibusque exitum moliendo, vario ſæpius in defunctarum Utero ſituatus modo, detegitur; priusquam verò Fœtum, Utero exemptum, quod in


D
E
I
P
O
K
L
H
N
C
A
F
E

Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 2. B Fig. 1.



Fig. 7.

Fig. 6.

Fig. 5.



QVINQVAGESIMÆSEPTIMÆ

TABVLÆ.

Figura ſeptima ſit, demonſtrare pergo; varias ab Ovo fœtuum ſive embryonum incrementorum atque conformationum Icones proponere nec injucundum, nec inutile credidi.

Prima idcirco Figura Ova è Virginis ovario ut plurimum Piſi magnitudini reſpondentia exhibet. A. Ova minuſcula, B. majuſcula.

Fig. II. Ovum deſignat imprægnatum, in quo vaſorum plurimi deteguntur ramuſculi atque plexus.

Fig. III. Embryonem viginti circiter quinque à conceptione dierum delineat, in quo omnium membrorum ac plurium oſſium rudimenta atque delineationes apparent. A. Placenta Uterina, B. Membrana Chorion, C. Urinaria D. Amniosque apertæ. E. Vinculum Umbilicale, cui Embryon F. alligatur.

In Fig. IV. depingitur quadraginta circiter dierum Embryon, in quo omnia Membra atque Oſſea puncta, ſive Oſſium conformatio diſtinctè dignoſcuntur.

Fig. V. Embryon depingit duorum & dimidii menſium, cujus Oſſa, ut in abortu (vide

Fig. VI.) trium circiter menſium, exſiccatâ parum cute, ubique eminent atque transparent.

Fig. VII. Fœtum octo circiter menſium Utero exemptum Placentæque Uterinæ annexum oſtendit. A. Fœtus maſculus, cujus manus pedesque è contorto in Utero ſitu, complicati exiſtunt. B. Vinculum Umbilicale, quod interdum ſiniſtrorſum, interdumque dextrorſum ab Uterina placenta verſus Occiput atque ab hinc ad Umbilicum fertur. C. Ejuſdem in Umbilicum inſertio atque in placentam Uterinam D. atque Chorion E. divaricationes; huic adjacent F. Membranæ urinariæ & G. Amnii pro parte ſeparati, expanſiones. Ut verò quæ conjunctim demonſtrata ſunt, ſingulatim atque ſpecificè dilucidentur. Primò Fœtus involucra examini ſubmittenda, quemadmodum fit, ſub explicatione

QVIN-



QVINQVAGESIMÆOCTAVÆ

TABVLÆ.

A. Placenta Uterina, qua parte Utero adhæret, juxta communem magnitudinem, quæ varia eſt, hac in Tabula expreſſa, Moles eſt Vaſorum præſertim ſanguiferorum, Glandularum atque Fibrularum, quibus peculiares quidam ſucciferi ductus, interſeruntur. Omnia hæc Membraneis, maximè verò priori, Fœtus adnaſcuntur involucris. Diſtinguitur placenta Sulcis B. atque Fiſſuris, plus minusve pro Placentæ craſſitie, profundioribus. C. Eminentiæ ex vaſorum capillaribus Glandularumque racemis exſtructæ quo magis verſus Chorion excurrunt obliteſcunt.

Prima Fœtum ubique cingens Membrana D. Chorion, craſſa, aſpera Fibrulisque pluribus Vaſculorumque propaginibus Utero, ut & Uterinæ placentæ, à qua non ſine Vaſorum laceratione divellicanda, agglutinata atque contigua tenetur. Secunda E. tenuiſſima ac pellucida Urinaria, ubique priori, ut etiam Placentæ mediantibus Vaſis ac Fibrulis adhæret Fœtumque itidem totum cingit. Tertia F. quæ Fœtum proximè laxèque involvit Amnios, prioribus accumbit, nullibi verò connaſcitur. Tenuis admodum & tenſilis ut exiſtit, ita quoque transparens, uti hac in Tabula delineata obſervatur. G. Vinculi Umbilicalis ab oppoſita Placentæ Uterinæ ſuperficie progredientis portiuncula. Eadem hæc involucra, ſimul cum Placenta, parte, quâ Fœtum ejusque Umbilicum reſpicit, depicta, habet


G
D
F
A
C
C
E
E

T. 59.



QVINQVAGESIMANONA
TABVLA.

A. Membrana Amnios usque in vinculi Umbilicalis B. hic transparentis initium separata. C. Urinaria Tunica ex parte à Chorio avulsa. D. Chorion Placentæ adnata. E. Succiferorum ductuum tractus & cavitates. F. Umbilicalium arteriarum, per Placentæ superficiem G. exporrectarum majores H. minoresque I. Surculi & ramificationes. Umbilicalis Venæ K. insignes L. minoresque propagationes M. Horum duorum Vasorum concavitates N. Sinusque deteguntur multivagi. Eorundem O. concursus sive contiguitas, ubi Funi, sive Umbilicali vinculo, P. includuntur. Hujus attamen ante organi explanationem, Placentæ adhucdum demonstranda quædam præmittam. Ostenditur itaque in

SEXA-

SEXAGESIMÆ TABVLÆ,

Figura I. A. Uterina Placenta cum annexis, quâ Fœtum ſpectat facie delineata. B. Placentæ ſuperficies. C. Membranæ Chorii, D. Urinariæ E. Amniique diſrupta veſtigia. F. Arteriæ Umbilicales rubrâ ejuſdemque cognomenti Venæ albâ cerâ repletæ. Earundem tractus G. in vinculo Umbilicali H. minoresque tam in Uterinæ Placentæ ſuperficie, I. quam ejus interioribus K. divaricationes. L. Arteriarum Venæque M. expanſiones, quæ Funium nodis comparari ſolent. Placentæ Uterinæ involucrorumque cum eadem connexionis faciem, depingit

Fig. II. A. Uterinæ Placentulæ transverſim diſſectæ aciculisque ſuſtentatæ aſpectus; in quo obſervatu digna occurrunt, Placentæ Craſſities quæ eſt inter B. & C. Glandoſa ejus Moles, D. Vaſis alligata ſanguiferis E. Succiferi ductus F. eorumque G. cavernoſitates, Pinguedini ſimiles. H. Chorii à Placentæ corpore avulſa & ſuſpenſa portio. I. Vaſa huic continua; quorum quidam Surculi K. ejus ſuperficiem petunt. L. Membranæ Urinariæ M. Amniique reliquiæ. N. Vinculi Umbilicalis Funeconſtricti pars. Vaſa umbilicalia (conſule

Fig. III. vinculum Umbilicale à Placenta A. & Umbilici regione B. diſſectum oſtendentem) à Placenta aſſurgentia, vel in eadem terminantia, duæ ſunt C. Arteriæ, una D. Vena, Urachus E. plurimi ſucciferi Tubuli atque tenſiles nerveæque Fibrulæ: involucro veſtiuntur laxo, F. è medio Fœtus Abdomine, cui adhæret; verum eâdem ſubſtantiâ non continuato, exſurgente atque ad Placentam uſque extenſo, pro vaſorum tortuoſitate, complicatione, vel flexurâ, contorto, extenſo atque variè configurato. Ex hiſce Vena, à Portæ ramulo oriunda, Arteriis ab Iliacis productis, inferioribus Surculis, amplior exiſtit valvulisque non rarioribus Fœtum verſus hiantibus interſecatur. Urachus, cujus exitus inter Membranas priores duas invenitur teres, breve ab Urinariæ veſicæ fundo & corpore aſſurgens & exſtructum vaſculum eſt. Succiferi ductus, qui ſtriarum inſtar Mollium, ſive Gelatinæ, vel Pinguedinis apparent, alveolis cavitatibusque extenduntur multivagis, quæ pro magis tenſilibus, Nerveis ſimilibus, Fibrulis ſpatia atque diſtantias relinquunt. Hæc verò omnia melius colligi poſſunt ex

Fig. IV. A. Umbilicalis vinculi transverſim abſciſſi portio; quæ aquæ prius calidæ immerſa, poſtea Microſcopio depicta oſtenditur. B. Vena C. Arteriæque Umbilicales, è vinculi abſciſſa ſuperficie, proprio ſingulæ corpore eminentes. D. Succiferorum ductuum ora. E. Fibrulæ tenſiles ab aquæ fervore contractæ. F. Urachi tenuiſſimus tubulus Arterias inter, flaccidulæ ſimilis Membranæ, reconditus ac contortus. Ubi verò Umbilicales Arteriæ ac Vena fortiore flatu diſtentæ, ut in

Fig. V. vel cerâ tumidæ, ut in ſequenti Tabula, exſiccantur, prædictorum Succiferorum, ut & Urachi nulla ferè veſtigia remanent. Partium memoratarum plurium ulterior indagatio atque dilucidatio, fit in

Fig. 5.



Fig. 3.



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 4



T. 61.

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 4.



Fig. 5.



Fig. 3



Fig. 7.



Fig. 6.



Fig. 9.



Fig. 8.



SEXAGESIMAPRIMA
TABVLA,

Cujus prima Figura Uterinam Placentam A. delineat, ab adhærente Sanguine multisque Glandularum racemis, Chorio B. Urinariaque Membrana C. ex parte liberatam, ut Vaſorum contextus D. atque reticulares plexus oculis ſubjiciantur. E. Uterinæ Placentæ Fœtum reſpiciens ſuperficies, F. cui plurima inhærent Sanguifera vaſcula. G. Abſciſſi vinculi Umbilicalis portio.

Fig. II. Chorii A. ab Urinaria Membrana B. ſeparati, aciculis C. extenſi, chartæque D. involuti, faciem exhibet. In

Fig. III. oſtenditur Arteria A. à Vinculo Umbilicali ſeparata ventoque diſtenta, in qua variæ ejuſdem Cavitates atque Sinus B. exiſtunt. C. Eadem Arteria ſecundum longitudinem diſſecta.

Fig. IV. Apertæ Venæ Umbilicalis A. ut & ipſius Vinculi B. aſpectum proponit.

Fig. V. Vinculi partem depingit A. in qua Arteriæ, B. quarum una circumvoluta Nodum mentitur, rubrâ, Vena C. fuſcâ cerâ turgent.

Fig. VI. Chorii portionem A. una cum annexis Sanguiferis utriusque generis Vaſculis B. à Glandulis Succiferisque Tubulis ac Ductibus denudatam commonſtrat.

Fig. VII. ut & VIII. Tam Arteriarum, quam Venæ tenuiores propagines, in Glandulas, partim ruptas Membranarumque ad inſtar extenſas, partim integras oculumque effugientes adumbrant. Vaſa hæc Umbilicalia ut Abdomen per Umbilicale vinculum egrediuntur atque intrant, demonſtrantur ex parte in

SEXAGESIMASECVNDA

T A B V L A,

Fœminei generis Embryi, ſeptem circiter menſium, apertum Abdomen depingente. Umbilicali ſuſpenſo A. cum Umbilico Vinculo, apertoque Abdomine, C. Venæ Umbilicalis E. ad Hepar F. exeuntis, ut & G. Arteriarum, juxta Veſicæ Urinariæ latera H. adſcendentium denudatur facies. Has inter ſitus eſt I. Urachus. Vaſis hiſce adjacent Inteſtina. Prædictorum Vaſorum inſertiones atque continuitates deteguntur in


C
A
F
E
G
H
C

Fig. 1.



SEXAGESIMÆTERTIÆ
TABVLÆ.

Figura I. A. Umbilicale Vinculum ſuſpenſum. B. Umbilicalis Venæ in Hepatis fiſſuram C. inſertio. D. Arteriæ Umbilicales Iliacis ramis internis, E. continuæ. F. Urachi Veſicæ Urinariæ G. continuatæ tractus intra Umbilicum H. Eadem hæc Vaſa cerâ repleta cum exſiccata Veſica Urinaria oſtenduntur in

Fig. II. A. Veſica Urinaria. B. Ureteres. C. Vena Umbilicalis, D. ejuſdem cognomenti Arteriæ. E. Arteria Aorta, F. ejus bifurcatio. G. Rami Iliaci interni. Reſtat ut de partibus (oſſeis exceptis) quibus præcipuè Embryon & Fœtus ab adulto differunt homine, tribus verbis agam.

Caput habet (vide Figuram primam) I. reſpectu reliqui corporis, magnum, Mammas K. liquore turgidas. Aperto cum Thorace L. Abdomine M. Glans Thymus N. ut & Cor O. omnesque Glandoſæ partes eximiâ progrediuntur magnitudine. P. Pulmones denſi, Renes Q. ex plurimis Glandularum Lobulis diſtinctis compoſiti, Renales Glandulæ R. ultra expectationem magnæ apparent. Ureteres S. ut & Veſica Urinaria T. urinâ turgent. In fœmineo ſexu Tubæ Uterinæ V. longiores, Ovaria W. tumeſcentia; in maſculis non rarò Teſtes intra Abdominis cavitatem abſconditi, reperiuntur. Cæteræ autem differentiæ momenti tanti non ſunt ut impediant quo minus huic Parti imponatur

FINIS.

GODEFRIDI BIDLOO,

Medicinæ Doctoris & Chirurgi,

ANATOMIÆ HVMANI CORPORIS

PARS QVINTA,

DE ARTVBVS.

In præcedentibus Muſculos licet expediverim plurimos, huic attamen Parti Quintæ, ex profeſſo de artuum Muſculis tantum agenti, notiones & ſyſtemata quædam generaliora de myologia Muſculorumque phænomenis & ſtructura præfigere volui. De nominis origine, vel deſignatione minus ſollicitus, notatu dignum cenſeo, plerosque univerſi corporis Muſculos, arctè inter ſeſe reſpectu laterum, vel tegentium Membranarum cohærere; eos numero, pro ſudibundæ conformationis arbitrio; magnitudine, pro corporum ſtatura; ſitu, vel inſertione, pro intentæ actionis exigentia; figurâ, pro motu; colore, pro majore vel minore Carnearum vel Tendinearum Fibrarum manipulo & contiguitate, cruoriſve fluxu, variare; omnes verò & ſingulos, reſpectu omnium integrantium partium, inter ſeſe convenire; eos ultimo, nullibi ipſimet alicujus oſſis corpori; ſed involucro,

apophyſi vel ligamento alligatos obſervari. Partes Muſculum conſtituentes, præter corpori univerſo communes, ſunt, Primò Fibra motrix, caro, columnella ſive cylindrus Fibræ interius poroſæ ſimilis, mollis, obliquis fibrulis circumvolutus multisque ſanguiferis capillamentis exornatus. Secundò Fibra, cui interjecta eſt caro, tendinea, quidam tenſilium minimorum filamentorum ſibi mutuo junctorum, præſertim circa fines contortorum, faſciculus. Tertiò externum quoddam involucrum, cujus derivationes ac fibrulæ prædictorum claſſes transverſim retiformiterque obambulant ſeſeque inter devinciunt. Ita ut quæque columnella carnea, cum adjunctis tendineis faſciis & involucro, Muſculum efformet. Ex tenſilium fibrarum extremitatibus exſurgunt Tendines, partes propriè appellandæ, quæ duræ, molles, latæ, graciles, breves, vel longæ comperiuntur, Muſculosque dividendo interſecant, vel totos, vel lateraliter obſepiunt. Simpliciter, aut vaginæ incluſi, trochleâ, vel faſciâ obducti partibus alligantur ſuoque retinentur in ſitu, carneas excipientes & ab hiſce accepti claſſibus. Diſtingui, reſpectu totius, Muſculi poſſunt in ſimplices & multiplices; reſpectu verò ſitus & diſpoſitionis ſingularum Fibrarum, in unitos & diſſitos: ex diſpoſitione etenim Fibrarum multiformes exſurgunt Muſculorum ſpecies: hinc quidam ex carnea præcipuè conflati mole, rectangulos, ut in

SEXAGESIMÆQVARTÆ
TABVLÆ
FIGVRIS,

Vel obliquangulos, ut & qui Tendinei magis viſuntur, efformant. Uno verbo omnis muſculi machina ubique eadem exiſtit, varias licet Fibrarum juxta ſitum, in claſſes, nominaque diſtingui muſculi poſſent; ut in diverſimodo diſpoſitas Romboidales, Spirales, Radioſas, Penniformes, circulares columareſque figuras. Singulus muſculus ordines fibrarum habet rectarum & tranſverſarum, ut in

Fig. I. A. Pars carnoſa. B. & C. B. & C. Partes tendinoſæ. Omnes eidem ordinis Fibræ diſpoſitæ ſunt in eodem plano efformantque parallelogrammum obliquangulum, in

Fig. II. Simplex oſtenditur Fibrarum moventium Muſculum efformans ordo. A. B. Ordo Fibrarum moventium. B. A. Partes Carnoſæ. G. F. D. Partes Tendineæ. D. C. A. & A. E. K. earum alterni anguli.

In Fig. III. demonſtrantur plurimi Fibrarum ordines æqualiter diſpoſiti efformantes Muſculum parallellepidum, ſimplicem D. C. F. G. partes Carnoſæ, E. L. & H. I. partes Tendinoſæ. Diſtinctionis gratia Fibrarum ſpecificorum quorundum Muſculorum diſpoſitio atque ordines, exprimuntur primò in

Fig. IV. Repræſentat hæc ordinem Muſculi Deltoidis Brachii, compoſitus ex duodecim ſimplicibus. Latus humero A. Brachio B. affixus. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. ſinguli Muſculi.

Fig. V. Ordines Fibrarum Muſculi bicipitis Brachii:

Fig. VI. Semimembranoſi: &

Fig. VII. Gemelli demonſtrat.

Hiſce prælibatis, artus deſcribendos aggredior, qui duplices ſuperius totidemque inferius corporis trunco affixi, Brachiorum & Crurum nomine comprehendi ſolent.

Brachium ſummo humero, cui ſub articulo Cavitas, Axilla nuncupata, adnatum, dividitur in Brachium ſtrictè dictum, Cubitum & Manum. Prima pars ab Humeri regione ad Cubiti articulum, altera ab hocce termino ad Manum extenditur, ſubdividitur autem Manus in Carpum, Metacarpum (qui iterum in Palmam & Dorſum) atque in Digitos quinque.

Crura ab Inguinibus Iſchiique oſſis articulatione ad Pedum uſque extrema exporrecta, diſtinctionis gratia, dividi ſolent in Femora, Tibias & Pedes.

Femora à prædicto Oſſis exteriori Limbo deſcendentia, primo terminantur articulo, cujus anterior pars Genu, poſterior Poplitis ſpecifico gaudet nomine. Ab hac meta procedunt ad calcem Tibiæ. Anterior Tibiarum pars Tibiæ propriè, poſterior Suræ titulo dignoſcitur. Pes, qui in Pedium, cujus poſterior pars Calx & Metapedium, cujus cavitas Planta, ſuperior pars Dorſum dici poterit, & quinque Digitos diſtinguitur, ut prædicta Membra omnia, latius ſub Oſſium deſcriptione reſtabit examinandus.

Ut verò Artus ſuperioris ſive Brachii, complurium Muſculorum ſitum naturalemque liceat intueri connexionem, inſignivi Brachium à cute anterius denudatum, vide

Fig. 5.



Fig. 7.

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.

Fig. 4.



Fig. 6.



Fig. 8.



SEXAGESIMAQVARTA TABVLA.

Fig. VIII. A. Cutis cum annexis. B. Internum Humeri ossis tuberculum, plurimi cui interni alligantur musculi. C. Musculus Palmaris, D. Bicipitis, E. Radii Pronatoris. F. Perforati. G. Perforantis. H. Carpi, ut & Pollicis. I. Quorundam Musculorum portiones. K. Ligamentum Carpi annulare ex parte separatum. Digiti quinque quibus sequentia passim tribuuntur nomina. L. Pollex. M. Index. N. Impudicus. O. Annularis. P. Auricularis.

SEXAGESIMAQVINTA
TABVLA.

Muſculi Humero ſuperiorique Brachio, partim Thoraci partimque Scapulæ affixi, ut plurimum novem numerantur, quo autem jure, penſius conſiderandum.

Primus à triangulari circumſcriptione Deltoides, A. ex pluribus ſui generis conflatus radiolis penniformibuſve emiſſionibus, in duodecim propterea, imo & plures diſtingui poterit Muſculos, quorum ſtructura in præcedenti & ſequenti Tabula ſub litt. X. delineata exiſtit. Mediæ Claviculæ B. qua Scapulam ſpectat parte, Humeri acromio Scapulæque ſpinæ ſuperius, C. inferius verò Oſſis adjutorii incraſſato tegmini, circa medium, validiſſimo adnaſcitur Tendineo faſciculo.

Secundus ab hocce depicto Brachio pro parte abſciſſus, Thoracis anticam occupans regionem, Pectoralis D. in Tab. XX. ſub litt. H. in ſitu, ſub I. ſeparatus exhibitus, tam Claviculæ, quam Sterni nec non trium aut quatuor Coſtarum à quarta Cartilaginum ſparſis ſuis adhæret ſupernè involucris, infernè autem Tendine robuſto, complicato ac brevi Oſſis humeri medio latè ab indicati ſtatim Muſculi latere connectitur. Singulæ Muſculi hujus à ſeſe invicem diſſitæ Fibrarum claſſes, ut in omnibus, externæ interioribus tendinibus longiores; ita pro, ab oſſis Humeri inſertione diſtantia, laxiora intervalla ac ſpatia relinquunt. Hujus faſciculi ac ordines varii ſunt; unde in multiplices etiam, ratione adhæſionis, poſſet reſolvi; ſeparato etenim atque elevato Fibrarum manipulo Muſculum hunc conſtituente, tortus apparet.

Tertius, Dorſi latiſſimus, cujus imago in Tab. XXVII. ſub litt. K. oſtenditur, inferiorem occupat dorſi partem. Tendineo Membraneis vertebrarum Spinoſis apicibus omnibus, ſextam inter Dorſi Vertebram & Sacrum os, ut & Ilii oſſis adhæret margini. Hinc Scapulæ adit baſin, cujus emiſſæ Fibræ ejus aponeuroſin ex parte recipiunt ejusque Carneos manipulos ex parte adaugent, donec valido tendineorum faſcium ritu, Pectoralem inter & Rotundum Muſculum molitur ſedem.

Quartus Rotundus, *d.* ab inferiore Scapulæ margine & extimo angulo, unde transverſas quaſdam complectitur Fibras radioſas inque majorem & minorem dividi ſolet pronatus, brevi latoque Tendine, Brachii oſſis infra cervicem deſinit. Muſculoſi faſciculi E. qui ſub immerſi muſculi nomine, internam occupant Scapulæ partem, Humeri oſſis ligamento uno, altero Scapulæ margini, tendine affiguntur.

Quintus (vide Tab. LXVI. litt. F.) Infraſpinatus à baſi inferiore totam Scapulæ Spinæ cavitatem ſuâ adimplens mole, lati ſemicirculique inſtar Tendinis connexione Humeri ligamento extrinſecus adhæret.

Sextus Supraſpinatus, (vide Tab. LXVI. litt. G.) inter Scapulæ coſtam ſpinamque locum habet validiſſimaque Tendinearum Fibrarum collectione partim ligamento partimque Oſſis cervici inſeritur. Muſculus hic, etiam in plures diſtingui poſſet.

Septimus Coracoidæus F. hujus nominis apophyſi medioque anterius affigitur Brachio. Nonnunquam ſummum cum bicipite, circa involucra, habet commercium.


B
C
E
D
A
d


G
F
X
C
X
D
A
B
E

SEXAGESIMASEXTA

TABVLA.

Cubiti Muſculi ſex numerantur. Horum primus A. Biceps dictus, gemino ſuperius Tendine, priore ſuperiori Scapulæ acetabuli margini, altero Coracoidæo Proceſſui, ut & Ligamento affixus, unum inferius conſtituit Tendinem inſignem, Carneas intra claſſes pro parte abſconditum, radii autem capiti arctiſſimè connectitur.

Secundus, B. prædicto ſubſtratus, Brachiæus eſt internus; qui medii Brachii oſſis involucro adnatus, tam Radio & Cubito, quam ipſimet articuli Ligamento inſeritur.

Hujus Muſculi exteriores Fibrarum claſſes ſpecifico indigitantur nomine, numerumque complent tertium, licet ſeparatu interdum difficiles exiſtunt.

Quartus Longus per eminentiam C. geminâ ſuperius, unâ nempè Scapulæ infernæ, alterâ ſuperiori Coſtæ, inferius verò ſimplici ſummâ exterioreque gaudet cohæſione.

Quintus brevis, D. poſticæ Humeri cervicis parti affixus, circa medium præcedenti cum Muſculo intricatur; inferius autem extimæ alligatur Olecrani eminentiæ.

Sextus ex parte hic viſibilis, reſpectu corporis gracilis exiſtit, Anconæus, E. ab oſſis Humeri inferiore poſticaque proſiliens parte, obliquè nonnihil ulnæ committitur.

SEXA-

SEXAGESIMASEPTIMA
TABVLA.

Ordine ergò, Radii Musculos, una in Tabula distinctè vix comprehendendos, qui, post demonstratos alios, sub signis inueniri poterunt, recensebo.

Primus Radii Musculus à forma & munere dictus Pronator rotundus, Interiori Humeri tuberculo alligatus, hinc ad Radii medium, cui valido adhæret Tendine, excurrit. (vide Tab. LXVIII. litt. A.)

Secundus Quadratus, ab interna Ulnæ ossis parte transversim productus, interno itidem Radii lateri annectitur (vide Tab. LXVIII. litt. B.) ipse hic Musculus ex diverso Fibrarum ordine, cum interjectis Membranosis Lamellis & distinctionibus, tam Tendineo, quam Carneo alternatim compositus, utroque implantatur ossis involucro.

Tertius Supinator longus. Hic demonstrationis gratia ex parte abscissus, ab extremo Humeri ossis tuberculo, ad Radii apicem Tendine Membranaceo funiculoso ac valido descendit inferiorem. (vide Tab. LXVIII. lit. C.)

Quartus Supinator brevis, ab externo Brachii processu emergens, circa Radii medium Tendineus ut supra desinit. (vide Tab. LXVIII. lit. D.)

Carpum movent Musculi quatuor. Horum primus Cubitæus internus, interno Brachii processui cubitoque affixus, Tendine robusto prope quarti & vicinorum Carpi ossium involucra terminatur. (vide Tab. LXIX. litt. E.)

Secundus Cubitæus externus, ab externa Brachii apophysi emergens, juxta cubiti longitudinem stratus, auricularem infra digitum prope Metacarpi os quartum Tendine desinit spectabili. (vide Tab. LXXI. lit. F.)

Tertius Radiæus internus, (vide Tab. LXVIII. litt. E.) ab eodem ferè cum prædicto Cubitæo protuberculo descendens Radioque incumbens, primi Metacarpi ossis involucro, sub indice, affigitur.

Quartus Radiæus externus (vide Tab. LXXI. litt. C.) ab externo Brachii processu latus erumpens, Radio impositus, circa prima Metacarpi ossa duplici ut plurimum separatoque desinit Tendine.

Ut digitorum Musculi in conspectum veniant, removendus venit è vola manus, Musculus palmaris, qui ab interno Humeri ossis tuberculo, Tendineo gracilique Carneorum fascium cœtu ejectus, Tendineus mox usque in volam atque digitorum limites expanditur: Cuti exterior pars, nexu, non sine laceratione, solubili, cohæret; interior verò per emissas receptasque Musculosorum fasciculorum classes, Musculo adnascitur Penniformi, qui Carpi ligamento affixus, cæterorum respectu (vide Tab. LXVI.) transversim situs apparet. Ostenduntur autem hac in Tabula Digitorum Musculi plures, à structura plerumque denominati.

Horum prior Perforatus A. interno Humeri ossis tuberculo alligatus, hic verò avulsus B. circa Carpum tendines dispargit robustos quatuor C. qui propè finem D. rimâ quâdam E. sequenti Musculo transitum præbente finduntur tandemque Digitorum internodio secundo affiguntur.

Huic substernitur Perforans, F. qui superiori Cubiti Radiique parti G. adnatus, Tendine quadripartito H. priorem permeans, in tertium usque I. excurrit Digitorum articulum. Unde hos duos Musculos ex pluribus suorum generum simplicibus constitutos esse manifestè censendum est. Vaginis includuntur, K. præter quæ ex Carpi armilla erumpit, Membranaceo Cartilagineis, unumquodque circa internodium semicirculari obductis ligamentulo. Emittunt præterea Vaginæ hæ varias emissiones atque vincula. L. Elevatis hisce Musculis duobus, sese offerunt exiles Musculi Lumbricales, M. qui præcedentis Tendinis involucro adhærentes, suum designant numerum. Nunc primo, nunc omni Digitorum, mixtis cum interosseorum Musculorum tendinibus, lateraliter inseruntur articulo N.

SEXAGESIMAOCTAVA

TABVLA.

Remotis A. Perforato, B. Perforante & C. Lumbricalibus Muſculis, denotandi ſunt Muſculi à ſitu, Interoſſei, D. qui diſpertiti in externos & internos Volæ Palmæque incumbentes ſpatium Metacarpi Oſſium replent, quorum involucris adnati, cum Lumbricalibus plerumque Digitorum trium oſſium latera adeunt, donec ſupernè (ut in Tab. LXX.) coëuntes, ad Unguium radices evaneſcunt.

Propriis gaudet Muſculis Digitus Index E. Auricularis F. atque Pollex. G. Primus, Abductoribus, H. à primi Pollicis internodii interno proſilientibus latere. Et Extenſoribus (vide Tab. LXX. & LXXI.) extimo Cubiti oſſis integumento alligatis bifidisque tendinibus, hujus Digiti ſecundo articulo affixis.

Secundus itidem, Auricularis nempè, Abductoribus I. atque Extenſoribus. K. Illis tertio quartoque Carpi oſſibus, ordinis ſecundi, connatis, unde exterius articulo ejuſdem Digiti primo ad latus inſeruntur; Hiſce qui à Radii ſuperno latere (vide Tab. LXX.) emergunt, externè duplicato interdumque (uti hoc in cadavere) tripartito Tendine, metam cum Extenſoribus adeunt. Productio autem Tendinum horum cum communibus Digitorum extenſoribus, ut & perforantium atque perforatorum ſuas inter claſſes intricata reperitur, ita ut altera ab altera, altera alteri ſuos & à ſibi vicinis recipiat atque communicet Fibrarum faſciculos.

Tertio, Pollici videlicet, Muſculi tribuuntur varii; Flexores duo. Horum prior à Radio ſuperiori L. ortus primo ſecundoque alligatur Pollicis articulo. Alter M. ab Oſſis Carpi ligamento, uſque in medium extenditur Pollicem.

Muſculus hic ut brevis, robuſtus ac validus, ita in plurimos diviſibilis exiſtit; Abductores tres N. qui tribus Metacarpi oſſibus inferioribus, ut & ſecundo hujus Digiti articulo affixi tenentur.

Ejus numeri quoque ſunt O. Abductores, quorum primi, Carpi oſſis interioris ac Pollici vicini ligamento alligati, hinc uſque in ſecundum feruntur internodium; alter verò P. Pollicem inter atque indicem locatus, à Metacarpi, Indici ſubjecto oſſiculo, Pollicis petit latus, circa primum ſecundumque articulum, quibuſcum lati expanſique Tendinis interventu cohæret.

Qui Pollicis extenſores dicuntur Muſculi, (vide Tab. LXX. & LXXI.) duo ſunt eique inſignes, ambo à Cubiti parte laterali provecti, unus tertio, alter reliquis, vario Tendinum numero ac emiſſione, implantatur articulorum integumentis.


T. 68.
D
C
E
A
b
L
B
a
K
G
N
N
N
M
P
O
O
H
F
e


C
F
B
G
A
D
E
H
I
K
K

SEXAGESIMANONA

TABVLA.

Cæterorum antequam Digitorum extendentes demonſtrare aggredior Muſculos, eorum ut & quorundam antea ex parte explicatorum, Cute avulſâ depingam adſpectum. A. Cutis cum annexis. B. Externa, C. interna Humeri oſſis apophyſis. D. Muſculus Cubitæus externus, E. internus. F. Radii Supinatoris brevis portio. G. Digitorum extenſores. H. Pollicis extenſor. I. Indicis extenſor. K. Minimi Digiti Muſculorum quorundam veſtigia. L. Ligamentum Annulare. Digitorum extenſores, inſpiciatur

SEPTVAGESIMA
TABVLA,

Præter jam recitatos A. Indicis, B. Auricularis, C. Pollicisque Digitorum, ſunt qui ab extima Humeri apophyſi producti D. Digitorum quatuor, aut trium, E. tam ſecundo, quam tertio, ope tendineorum vinculorum involucri, F. alligantur internodio. Tendinibus hiſce, ut & Perforatis atque Perforantibus, præſertimque Radiæo externo inſerviunt capſulæ ſive vaginæ Membranaceo-Cartilagineæ. Iidem hi Muſculi à ſeſe invicem ſeparati, oſtenduntur in

T. 70.





SEPTVAGESIMASECVNDA

T A B V L A.

Muſculi Femori adſcripti varii numerantur.

Primus (de uno quippe noſter ſermo eſt latere) Lumbaris in Tab. LII. ſub litt. K. in ſitu, & ſub L. quodammodo ſeparatus expreſſus, tam Thoracis inferiorum, quam Lumborum ſuperiorum Vertebrarum adnatus involucris Trochanteris minoris anticæ elatiorique affigitur parti. Hujus variæ nonnunquam deteguntur Fibrarum emiſſæ claſſes, quæ ſi inveniantur pro diſtinctis recenſendæ veniunt Muſculis.

Secundus, (vide Tab. LII. ſub litt. N.) Iliacus internus, Ilii oſſis internæ cavitati unâ, alterâ ſuâ extremitate, poſt ſummam cum præcedenti Muſculo circa inferiorem Tendinem connexionem, antrorſum, utramque inter definit rotulam.

Tertius (vide Tab. LII. ſub litt. O.) Pectineus, qui ab Oſſis Pubis ſuperiore ad commiſſuram parte, uſque in Femoris exporrigitur latus externum.

Quartus, Glutæus major A. Coccygi, Ilii Coſtæ, ut & Sacri oſſis Spinæ alligatus, à quibus hac in Tabula avulſæ ejus cernuntur Fibrarum aſperitates, B. inferius ſub Femore Trochanteri C. implantatur. Hujus nominis ſecundus, medius D. ordinis quintus, priori ſubſtratus, Coſtæ dorſoque Ilii oſſis adhærens latus E. majori Trochanteri integumenti ad inſtar inſeritur.

Ejuſdem tituli tertius, F. juxta numerum ſextus, minor, ſub medio, hic parum è ſitu diſtracto, latitans, Oſſis Ilii inferiori poſteriorique affixus regioni, tereti uno, robuſto altero ſatis Tendine, majoris Trochanteris infigitur apici interiori.

Septimus, qui unico tricipitis nomine indigitari ſolet, G. hic parum viſibilis in quatuor ſæpius reſolvendus exiſtit Muſculos. Horum prior Pubis oſſis ſummo margini, ut & Femoris affigitur elevatæ aſperitati. Alter ejuſdem Oſſis imo Limbo Femorique priore ſuperius inſeritur. Tertius qui toti Coxendici Oſſi inferius adhæret, ſub proceſſu minore poſterius adit Oſſis Femoris aſperitatem. Quartæ hujus Muſculi ſeparatæ Fibrarum claſſes, Coxendici oſſis extremitati, ut & interno Femoris oſſis eminentiæ Tendinum ſuorum debent connexionem. Tanta attamen horum eſt vicinitas, ut ſeparabiles ad numerum hunc ſæpius non exiſtant; Pectineus enim quartæ claſſis non rarò ſuſtinet vices, vel ſaltem inſeparabilis cum hacce cohæret. Sequitur octavus, expreſſus in

SEPTVAGESIMAPRIMA
TABVLA.

A. Radius. B. Ulna, à Muſculis denudati. C. Horum cum Humeri oſſe articulatio. D. Ligamentum hæcce connectens Oſſa, Muſculos diſtinguens quibus eſt etiam commune. E. Muſculus Cubitæus exterior. F. Radiæus exterior. G. Supinator brevis. H. Digitorum extenſores. I. Indicis extenſor. K. Auricularis digiti extenſor. L. Pollicis extenſores. M. Oſſa Carpi N. Metacarpique, quibus interjacent interoſſei Muſculi, ſuis ex parte denudata ab involucris.


F
D
E
E
G
C
A
B
B


B
A
F
K
M
L
C C C C
H H H H
M M
H M
D D
N
N N
I I
I I


C
F
L
I
A
D
B
G
C
K
H
M
M
N
N
N

SEPTVAGESIMATERTIA

TABVLA,

Quadrigeminus. Antequam autem hunc deſcribam, prædictorum quoſdam ab inſertionibus propendentes denotabo Muſculos. A. Glutæus major, B. medius, C. minor. Quadrigemini, poſterius ſupra Femoris articulum collocati quatuor eique exigui ſunt. Hujus cætus primus, titulo dignoſcitur à ſitu aſſumpto vocaturque Iliacus externus D. externo Oſſis Sacri E. margini, ut qui ſequuntur F. ſecundus, & G. tertius, Iſchii oſſis tuberculo adnati, Trochanteris cavitatis integumento affiguntur. Ejuſdem ordinis quartus quadrati nomen obtinuit; Iſchii internæ Tuberis ſedi exteriorique inſeritur Femoris proceſſui majori. Sequuntur Obturatores. H. & I. juxta numerum nonus internus & decimus externus. Horum prior foramen inter Pubis & Iſchium os, ut alter occupans, dictorum Oſſium circuitui extremo latus affixus, transverſim atque exterius, majori infigitur Femoris proceſſui. Alter ejuſdem Oſſium terminis appoſitus ſuperius inferiusque ſub Pectineo Muſculo, validiſſimo Tendineorum faſciculorum acervo, omnes abſcondens quadrigemini Tendines, magni Trochanteris implantatur concavitati. Horum Muſculorum varii ab una ſeparati cohærentia depinguntur in


E
F
D
G
H
C
A
B


L
M
K
C
I
H
G
F
B
D

SEPTVAGESIMAQVARTA

T A B V L A.

A. Glutæus major, B. medius, C. minor. D. Iliacus exterior. E. Tricipitis, F. Quadrigeminique portiones. G. H. Obturatores pro parte separati. I. Ossis Femoris caput. K. Os Ilium. I. Sacrum. M. Coccygis.

SEPTVAGESIMAQVINTA

TABVLA.

Tibiam qui movent Muſculi ſunt, primò Faſcialis latus, (vide Tab. LXXVI. ſub litt. A.) qui ſupernè Ilii ſpinæ, infernè Femoris oſſis extremitati latiſſimâ B. inſtar cæterorum ferè hujus partis Muſculorum involucri, tendineâque alligatur expanſione. Hocce ablato, inſpectioni patent anterius, Muſculus Faſcialis longus A. hic interiori Ilii oſſis tuberculo affixus B. decuſſatim cæteris ſuperſtratus Muſculis anteriori itidem ac interiori ſub genu Tibiæ oſſis acutæ eminentiæ C. implantatur. Sequitur hunc Muſculus Gracilis, D. qui circa commiſſuram Pubis oſſi E. adhærens, tendine tereti Tibiæ, F. præcedentem juxta, inſeritur. Rectus G. inter vaſtos ſupraque Crureum locatus, ab extremo infimoque Ilii oſſis proceſſu, uſque in Tibiam, circumvolutâ prius, tendine ſuo inferiore, patellâ, excurrit. Hujus vicini laterales, quorum prior Vaſtus internus H. alter externus, I. nuncupari conſuevit; primus à minoris Trochanteris cervice, ſecundus à tota Trochanteris majoris radice provectus, utrimque paulò patellam infra, ad præcedentis latera Tibiæ alligantur.

Hiſce ſubjacet, conſuletur


B
E
A
D
G
I
H
F


K
A
I
C
B
G
D
E
F
H

SEPTVAGESIMASEXTA

TABVLA,

Muſculus Crureus C. Femoris oſſis involucro ubique, extima præter, affixus, hujus quatuor tendineæ expanſiones in unum quaſi collectæ validum fingunt tendinem communem ut depoſitis Muſculis prioribus patet. D. Faſcialis Longi, E. Gracilis, F. Recti, G. Vaſti interni, H. Vaſti externi. I. Tricipitis. K. Lumbarisque Muſculorum portiones à poſtica Femoris parte deteguntur, hic parum è ſitu ordinario remoti: inſpiciatur

SEPTVA-

SEPTVAGESIMASEPTIMA

T A B V L A.

Primò A. Muſculus Femoris Biceps qui Iſchii oſſis tuberculo, ut & Femoris oſſis integumento ſuperius, B. inferius verò poſtico ſuperiorique Fibulæ adnaſcitur C. proceſſui. Hujus inſignis admodum exiſtit carnearum Fibrarum manipulus, ut ſeparandi in multiplices, pluribus futilem impoſuerit laborem.

Secundò Semimembraneus D. qui ab eâdem, cum præcedenti, meta provectus, in Tibiæ uſque oſſis involucrum tendinis lati productione extenditur. Hic à diſſimili tendinum, ſupra carneam ſuperficiem, inflexione, tendinis reſpectu, membranæ præ ſe fert ſpeciem.

Tertiò Seminervoſus E. eandem hîc cum prædicto ſortitur alligationem, præterquam quod poſterius paulò atque inferius, Tibiæ infigitur: uſque etenim ad Oſſis medium provehitur, antequam Tendinis alligandi arripit occaſionem. Hujus Tendines, ſeparatas cum teneant Carneas claſſes, Muſculum conſtituunt, intuitu primo, in duos diviſum: cum reverâ unus idemque maneat. Ultimus è ſitu Popliteus (vide Tab. LXXXIII. & LXXXIV. litt. A.) externo infernoque Femoris oſſeo tuberi adnatus, obliquè, itidem Tibiæ ſuperiori poſteriorique eminentiæ quadratâ ex parte Figurâ inſeritur.

SEPTVAGESIMAOCTAVA

TABVLA.

Prædictorum quoſdam Muſculorum ſuperius ab inſertione ſeparatos exhibet. A. Muſculus Glutæus major. B. Muſculus Biceps. C. Semimembraneus. D. Seminerveus. E. Femoris os. F. Tibiæ Muſculorum quorundam portiones.


A
D
D
B
C
B
D
E
C
F
F


A
A
B
B
C
D

SEPTVAGESIMANONA
TABVLA.

A. Os Femoris depingit denudatum, cui adhæret B. Muſculus Crureus, in præcedentibus deſcriptus, ut & C. Patella ejusque D. involucra. Avulſis de pede anteriore integumentis communibus, ut ſeſe Muſculi offerunt ſpectandi, delineatur in

OCTVAGESIMA

TABVLA.

A. Genu. B. Calcaneus. C. Malleolus. D. Musculus Tibialis anticus. E. Peronæi F. extensorum primi, G. secundique digitorum Internodii, H. Pollicis extensoris, I. Gastrocnemiique portiones. Horum plures, inferiores circa insertiones, ex parte separatos ostendit


A
E
D
I
F
H
C
B
G


A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L

OCTVAGESIMAPRIMA

TABVLA.

A. Genu, B. Fibulæ C. Tibiæque oſſis portiones. D. Calx. E. Muſculus Tibialis anticus. F. Extenſor primi, G. ſecundi digitorum Internodii. H. Pollicis extenſor. I. Peronæi portio. K. Cutis cum adhærente calloſa Epidermide à calce pediſque planta diſtracta. L. Stylus, pro Tendinum elevatione, ad exquiſitiorem demonſtrationem adhibitus. Hoſce autem Muſculos altera ab inſertione propendentes, depingo in

OCTVAGESIMASECVNDA

TABVLA,

Eorumque deſcriptionem abſolvere æquum erit.

Horum Primus A. Tibialis anticus, Tibiæ Fibulæque ex parte Oſſis ſuperiori extremitati alligatus Tibiæque involucro lateris exterioris affixus, ſub Annulari, hic ſeparato Pedis ligamento provectus, Tarſi oſſis Pollici ſubjecto ligamentaceo integumento ut plurimum adhæret; bifido namque nonnunquam tendine Metatarſi, ut & Innominato Pedis oſſi infigitur. Inferior hic Tendo ubi ſub Tarſo reflectitur, cartilaginis inſtar durus evadit ſuoque ſub extimo Fibrarum faſciculo, oſſiculum abſcondit minuſculum, dictum Seſamoideum.

Secundus Peronæus, B. qui triceps anterior etenim pars, exteriori ſuperiorique Fibulæ oſſis Epiphyſi adnata, duplici Tendinum apparatu Malleoli transgreſſa externi fiſſurâ, Metatarſo, minimum ſuſtinenti digitum, inſeritur; poſterior, C. Fibulæ medio poſticæque adjuncta parti, cum præcedente per Malleoli externi fiſſuram, in ligamentum uſque majoris oſſis Cuneiformis radicem, Pollici proximum, extenditur. Alter hujus Muſculi faſciculus, unà cum poſtico tam ſupra, quàm infra oſſium alligatur involucris.

Extenſores duo ſunt. Primus D. Longus, qui Tibiæ ſummitati anticæ, ubi ſub Genu, Fibulæ connectitur alligatus, quatuor vel plurium Tendinum adjumento ſub prædicto deſcendens ligamento ſupernè omnibus infigitur digitorum articulationibus E. Secundus Brevis F. in ſuperiori pedis repoſitus Aſtragali vicinisque adnatus Oſſium ligamentis, quatuor plerumque expanſionibus tendineis, quarum una, Pollicis nempè, ſeparata hic exprimitur, primo ut & ſecundo digitorum Internodio affigitur.

Pollicis extenſor G. anteriori Tibiæ regioni affixus, Pollici alligatur parte ſuperiore. Viſuntur porrò hic I. Tibiæ, K. Fibulæ, L. Pedisque denudata oſſa. Muſculorum poſterius ſitorum facies Cute cum annexis depoſitâ pedisque articulo ab uno diſſecto latere, depingitur in

T. 82.




A
D
E
B
F
C
G
H
H

OCTVAGESIMATERTIA

TABVLA.

A. Genu pars lateralis. B. Os Tibiæ. C. Calx. D. Poplitæi Muſculi portio. E. Gaſtrocnemii, F. Plantaris tendinearum emiſſionum, G. Perforati, H. Perforantis, ut & I. Pollicis flexoris Muſculorum veſtigia. Separati cum aliis Gaſtrocnemii oſtenduntur in

OCTVAGESIMAQVARTA

TABVLA.

A. Femoris ossis inferiora capita. B. Interna Genu facies. C. Musculus Poplitæus. D. Os Tibiæ.

E. Gastrocnemius Musculus, interno externoque Femoris capiti inferiori sub Poplite alligatus insignique carnearum Fibrarum cœtu ditatus, Calci validissimo Tendine infigitur unà cum

F. Soleo, qui latus Tibiæ Fibulæque ossis commissuræ posterius insertus, robustissimus existit Suræque maximam constituit molis partem. Variam ob Tendinum connexionem, varios fingit, ut præcedens, Musculos. Hosce qui sequitur Musculus G. Plantaris nuncupatur. Hic à latere inter prædictos ab externo Femoris inferiore tuberculo exilis, longissimo Tendinis tractu, emissus, Calcis teres infigitur externo lateri plantamque tegens totam, omnes adit digitos. Conspiciuntur quoque hac in Tabula suo quisque in situ, H. Pollicis flexoris, I. Tibiæi postici, K. Perforantis atque Peronæi portiones. Separatos tres supramemoratos Musculos & à sese invicem ex parte repositos, ostendit

T. 84.




F
D
D
a
A
E
C
B
H
F
G
K

OCTVAGESIMAQVINTA

TABVLA.

A. Genu, B. Os Tibiæ. C. Suræ. D. Muſculus Gaſtrocnemius. E. Ejuſdem circa medium faſciculorum congreſſio. F. Muſculus plantaris.

G. Tibialis poſticus, Tibiæ Fibulæque oſſa inter locatus horumque involucris, ubi dehiſcunt, penniformiter ſive radiatim affixus, juxta interioris Malleoli poſteriora, tendinem Tarſi oſſis, quod teſſaræ conterminum eſt, ligamentaceo integumento inſerit.

Perforans Muſculus H. ſupernæ Tibiæ, ut & Fibulæ ex parte oſſis extremitati poſterius alligatus, in quatuor inferius diſſectus Tendines, tertiis affigitur digitorum officulorum integumentis; perforat hic, ut ejuſdem nominis Muſculus in manu, tendines,

Muſculi I. ab hacce Tendinum fiſſura cognominati. In planta ſitus, ſuperius Calcis oſſi adnatus, quatuor adhæret digitorum articulationibus ſecundis.

Pollicis flexor K. ſuperiori poſteriorique Fibulæ parti implantatus, tertio Pollicis oſſi digitoque interdum ſecundo connectitur. Qui ſequuntur Muſculi ſunt, inſpiciatur

OCTVAGESIMÆSEXTÆ

TABVLÆ,

Figura I. Lumbricales A. vel reſpectu totius, Lumbricalis Muſculus. Qui ligamento, prædictorum quoſdam obvolventi Muſculorum, B. affixus Fibrarumque calci adnatarum acervo C. coagmentatus, Pollicis juxta flexorem D. primæ digitorum quatuor articulationi quadricipiti tendinum E. divaricatione inferitur. Hiſce ſubjacent, hac in Figura parum ſeparati, (quapropter conſulenda eſt

Fig. II.) Muſculi interoſſei A. qui numero variant, ut plurimum verò decem ſunt. Hi omnes, ſub & inter Metatarſi oſſa ſituati hiſceque adnati, externi ad prima, interni ad ſecunda feruntur digitorum Internodia. Digiti minimi Abductor B. externam pedis occupat regionem. Calcis oſſi primoque ſubjectus quinto Metatarſi oſſi adhæret ejuſdem digiti Internodio. Pollicis Abductor C. à Calcis interna parte uſque in Pollicis os primum extrinſecus lateraliterque extenditur. Pollicis verò Adductores duo ſunt D. E. major, ligamento Metatarſi oſſis minimo & ſequenti digito proximo affixus, obliquè parte interna primo Pollicis articulo brevi alligatur tendine. Minor E. minimi digiti primi Internodii ligamento ut & primo interius Pollicis oſſi ſuam debet connexionem. Deteguntur porrò in pedis planta Muſculoſi faſciculi varii, oſſicula eorumque connectentes moventesque ligamenta atque involucra.

Fig. III. Demonſtrat Interoſſeos A. Adductores B. Abductoresque C. Pollicis minimique digiti D. Abductores Muſculos. Atque ita denudatis Pedis oſſiculis, Artuum deſcriptioni imponitur

FINIS.

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



GODEFRIDI BIDLOO,

Medicinæ Doctoris & Chirurgi,

ANATOMIÆ HVMANI CORPORIS

PARS SEXTA,

DE UNIVERSA OSTEOLOGIA.

Ossium contextum eo, ut præcedentia, dilucidabo ordine; quæ verò ad eorum connexionem, appositionem, mutuam inter sese ligationem cæterasque ejusdem tituli partes spectant, ultima hujus Partis continebit pagina. Eorum numerus & nomina ut incerta; ita substantia una ubique & eadem existit; licet pro Cavitate, Eminentia, Medulla, Mollitie atque Duritie respectu subjectorum variare nonnunquam videantur: integrum itaque propono sceleton, ut quæ singulatim describenda, intuitu uno videri conjunctimque possent indigitari. Anteriorem sceleti faciem delineat.

OCTVAGESIMASEPTIMA
TABVLA.

A. Os Frontis, hoc in capite, in duo, Suturæ interventu, diviſum
B. Os Bregmatis,
C. Temporum,
D. Jugale.
E. Maxilla ſuperior,
F. Inferior, quibus inhærent
G. Dentes.
H. Colli Vertebrarum quarumdam veſtigia.
I. Os Clavis,
K. Scapulæ.
L. Sternum.
M. Coſtæ dictæ Veræ;
N. Ejuſdem tituli Spuriæ.
O. Vertebræ dorſi
P. Lumborumque.
Q. Os Ilium,
R. Iſchium,
S. Pubis,
T. Sacrum,
V. Coccygis,
W. Humeri.
X. Ulna.
Y. Radius.
Z. Oſſa manus.
1. Os Femoris.
2. Patella.
3. Os Tibiæ &
4. Suræ.
5. Oſſa pedis.

Sceleti poſteriorem lateralemque ex parte adſpectum, depingit


A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
O
P
Q
R
S
T
W
X
Y
Z
1
2
3
4
5

OCTVAGESIMAOCTAVA

TABVLA.

A. Os Frontis,
B. Bregmatis,
C. Temporum,
D. Jugale,
E. Occipitis.
F. Maxilla ſuperior,
G. Inferior.
H. Dentes.
I. Colli,
K. Dorſi
L. Lumborumque Vertebræ.
M. Clavicula.
N. Scapula.
O. Sternum.
P. Veræ
Q. Spuriæque Coſtæ.
R. Os Ilium,
S. Sacrum,
T. Iſchium,
V. Coccygis,
W. Pubis,
X. Humeri.
Y. Ulna.
Z. Radius.
1. Oſſa manus.
2. Os Femoris.
3. Patella.
4. Os Tibiæ &
5. Suræ.
6. Oſſa pedis.

Hiſce obiter indigitatis, ad ſingula redeo.

OCTVAGESIMANONA
TABVLA.

Capitis ossa quædam Cranio, quædam Maxillis propria, quædam verò hisce communia sunt. Cranii primum sive Anticum os (vide Fig. I.) A. Frontis dicitur, figurâ gaudet ferè circulari, ubi Coronali Sutura B. superius circumscribitur. Cavitates huic Supercilia circa, C. impressæ sunt insignes: Sinus hi in Nares Septumque inter & Spongiosum os desinunt. Processus habet duos, D. unum in Encanthum oculi majorem, alterum in E. minorem; Eminentias duas, F. utrimque unam Tempora versus; Foraminula varia G. pro vasorum transitu; Loculamenta H. diversa pro Cerebri distensione atque anfractuum circumgyratione. Cavernosam hujus Ossis partem ostendit

Fig. II. A. Ossis Frontis pars posterior. B. Serratæ Coronalis Suturæ aspectus. C. Tenuis ossea lamina, superiorem constituens oculi orbitam. D. Processus interiores, E. ut & exteriores. F. Vasorum vestigia distensione ossi impressa. Visuntur præterea huic annexa ossa, ut G. Cribrosum, H. Galli crista, I. Cuneiforme; ut & Palati K. quædam portiunculæ. Sequuntur ossa Bregmatis expressa, in

Fig. 1.



Fig. 2.

Fig. 7.



Fig. 8.



Fig. 2



Fig. 1.



Fig. 6.



Fig. 5



Fig. 11.

Fig. 10.



Fig. 9.



Fig. 4.



Fig. 3.



NONAGESIMA
TABVLA.

Figuræ ſunt (vide Fig. I.) A. plus minuſve quadratæ; exterius convexa, interius concava. Horum Lamellæ prioris oſſis corpore, tenuiores inveniuntur, circumſcribuntur anterius B. Coronali, ſuperius C. Sagittali, poſterius D. Lambdoideâ Suturâ. Squammoſâ itidem appoſitione ſeu combinatione inferius & à latere cum Temporum oſſibus cohærent. Minima hiſce in oſſibus deteguntur & innumera foraminula. Hujus oſſis poſtica facies exprimitur, in

Fig. II. A. Oſſis Bregmatis pars concava. B. Vaſorum transeuntium veſtigia. C. Foraminula & D. Sulci. E. Meditullium Lamellas inter locatum. Poſteriorem inferioremque Capitis partem conſtituit (vide

Fig. III.) A. Os Occipitis, figurâ eſt Sphæræ triangularis, ſubſtantiâ cæteris craſſiſſimâ. Foraminibus pertunditur quinis: Primò B. per quod egreditur oblonga Medulla Arteriæque adſcendunt ut & Venæ deſcendunt, de reliquis interdum quædam deſunt. Sinus poſſidet varios, quorum maximi Cerebello & Cerebri parti poſticæ inſerviunt. Proceſſus habet anterius duos C. in primæ Colli vertebræ Sinus inſertos vel impoſitos, unum verò parvum D. poſterius primæ etiam junctum Vertebræ. Aſperitatibus ornatur pro Muſculorum inſertione plurimis. Interior hujus oſſis Icon proponitur, in

Fig. IV. A. Os Occipitis. B. Sinuum Duræ Meningis veſtigia oſſi inſculpta, quæ ut plurimum quatuor inveniuntur. C. D. E. F. Duo Laterales, unus rectus atque poſtremus rectus inferior. G. Foraminula pro Vaſorum diſtributione. Oſſium Temporum, lateralem capitis occupantium regionem (vide

Fig. V.) Figura inæqualis, ob multiplicem Lamellarum conſtitutionem, reperitur. Horum oſſium unumquodque foramine pertunditur amplo A. Meatu nempè auditorio, foraminulis porrò variis. Sinus habet ſpectabiles duos, quorum exterior B. Cartilagine obductus Maxillam recipit inferiorem; interior oſſi Occipitis communis eſt, appendicem circa finem C. habet Styloidem, Proceſſus tres, primus externus obtuſus & brevis dicitur Mammillaris D. ſecundus oſſis Jugalis portio eſt E. quod os Jugale ex duobus aliorum oſſium proceſſibus conflatur; prima quippe ejus pars ab hoc Temporum oſſis proceſſu, altera ab oſſis minorem oculi conſtituentis angulum eminentia erumpit: Proceſſus hi verò duo obliquæ Suturæ interventu conjunguntur: duriuſculum licet ſit hoc oſſiculum, cavitate nihilominus donatur Medulla inſtructa. Tertius internus & ſaxeus eſt. (vide

Fig. VI.) A. Hic in longum protuberat cavitatesque poſſidet tres, Tympanum, Labyrinthum & Cochleam. Antrum verò quod ab extremo auris margine interiora verſus tendit Meatusque dicitur auditorius, tortuoſo ductu uſque ad Tympani Membranam excavatur. Hac ſub Membrana cavitas eſt, circulo obducta oſſeo, cui, modo indigitata, eſt appenſa Membrana; quæ pellucida licet deprehenditur, tenſilis attamen & firma ſatis exiſtit. Subjectæ adhæret oſſeæ cavitatis velamini ut & oſſiculo Malleolo. Inferius ab oſſea Tympani cavitate Palatum verſus Meatus patet, qui partim in palati fauciumque Tunicas Glandulasque partimque in Naris cavitatem Cartilagineo obductus Limbo aperitur atque obliteſcit. Viſuntur hac in Figura primò Squammiformis hujus oſſis combinatio B. ſecundò Foramina interque maximum auditorio Nervo proprium. Cavitas, dicta Labyrinthus (vide

Fig. VII. & VIII.) A. Priore minor rotundaque evadit, Cavernulas habet varias B. anfractusque plurimos C. qui omnes in primam redeunt cavitatem. Poſt ſpecialem aperturam, Feneſtellam ovalem dictam, Labyrinthus ſequenti ſeſe jungit cavitati, perviæ multivagis pertuſionibus: excavati hi ſemicirculi Membranâ veſtiuntur

tur tenuiſſimâ. Cochlea D. gyris gaudet ad minimum duobus, qui Cochleæ in modum circumflexi, tenui quoque ornantur pelliculâ. Huic, ut Antris prioribus, impreſſi ſunt monticuli, cavernulæ aperturæque variæ. In prima partim partimque in ſecunda cavitate Tympano & Concha recondita ſunt auditus officula, quæ juncta in

Fig. IX. repræſentantur. A. Malleolus, B. Incus, C. Stapes & Orbiculare. Primum (vide

Fig. X.) Capitulo A. incudis excavatæ parti B. ligamento inarticulatur tenſili; in Cervicem C. ubi attenuatum reperitur, Tympani alligatur Membranæ. Cervicem poſt, proceſſus D. deteguntur duo. Priori longiuſculo interno, altero tenuiori externo alligatur auris Muſculi tendo. Muſculi huicce officulo ut & Tympani Membranæ alligati, externus E. Meatus auditorii Sinui, ut & prædictæ Membranæ continuus eſt, atque ad Malleoli uſque fertur Apophyſin majorem, cui ex oppoſiti proceſſus latere affigitur; internus F. circa conjunctionem Petroſi proceſſus Cuneiformi oſſi affixus, tendine non rarò duplici ad Malleolum extenditur, cujus elatiori proceſſui, ut & cervici alligatur. Incus Malleolo (vide

Fig. XI. & XII.) ſubjacens, Molarem non ineptè referens dentem, proceſſus obtinuit duos; primus qui brevior, oſſis innititur Tympani parti poſticæ, ſecundus qui longior, Stapedis devinctus per ligamentum tenetur capitulo cervicique. Tertium officulum Stapedis figuram exprimens, ad ovalem ſitum Feneſtellæ, cui laxo adhæret vinculo, in crura deſinit duo, quæ transverſim baſi inſiſtunt. Capitulo donatur minutiſſimo, quo Incudis connectitur eminentiæ. Quartum officulum exiguum & orbicularis figuræ eſt. Stapedi eo, quo Incudi committitur, loco, Membranacei ligamenti interventu connectitur. Horum officulorum quædam partes interius Medulla donantur, quædam deſtituuntur. Maxillas antequam cæteraque capitis oſſa abſolvere pergo, ſuperiorem Calvariæ partem, ſerrâ ablatam, commonſtrare deque Suturis verbulum dicere non inutile erit; inferiorem partem verò ſive capitis baſin quod attinet, poſt Maxillam exhibebo ſuperiorem.

Fig. 1.

NONAGESIMAPRIMA

TABVLA.

Cranii ossa Suturis commissurisque cohærent variis; hæ autem inter sese differunt indefinitè: duplices etenim aliquando, nonnunquam verò non, interdum autem suis non inveniuntur locis, & sic porro. Propriè duæ sunt, per quas vel Serræ, quarum tres, vel Squammarum, quarum duæ sunt, in modum ossa sese mutuo ingrediuntur, vel sibi mutuo incumbunt, inspiciatur

Fig. I. Delineat hæc A. Cranium serrâ ablatum, in quo B. pars ossis Frontis, C. Bregmatis, D. Occipitis. E. Sutura Coronalis quæ vera dicitur, & à Temporum ossibus transversim arcualiterque adscendit. Secunda F. Sagittalis, quæ lineâ rectâ per Cranii longitudinem pergit, media est inter prædictam atque tertiam G. Lambdoideam, quæ ab Occipitis fundo ad aurium latera adscendit postica, angulique in modum clauditur. De ossibus verò Triquetris, Ovalibus Wormianisque nil statuendum videtur, nisi quod efformandi vis in variis partibus vario ludit atque luxuriat modo; uti hoc in cadavere osticulum observatur, Coronalem circa Suturam, specificè huic appositum. Lambdoidea Sutura, potius Squammosa hic erat nuncupanda, ut circa Petrosum & Bregmatis os contingit H.

Interior Calvariæ pars (vide Fig. II.) A. exteriore asperior est; totoque in Cranio foveolæ acutæque deteguntur ossearum particularum eminentiæ. Suturæ B. hac in parte interna, lineales potius quam serratas dentatasque referunt ossium coalitiones. C. Ossis Frontis, D. Bregmatis, E. Occipitisque portiones. F. Vasorum, duram perreptantium Meningem, vestigia, quibus ossium interior pars Sinubus excavatur, eorum sequentibus ductum. Foramina vasorum transitui adaptata partim hic Cranii intra Lamellas excipiuntur partimque ad exteriora patent. Cranii exterior Lamella interiore durior evadit. Harum in medio Spongiæ similis reperitur striata ossea textura: intuenti etenim ultro Venas, Arterias Nervosque præter, hocce in meditullio Glandosa animadvertenda medulla, variarum replens figurarum, Membranâ obductarum, cellulas atque cavernulas. In Osse autem Frontis amplæ inter Diploas duæ existunt cavitates, ad Narium usque Cavam exporrectæ partem. Cavitates hæ tenui dispescuntur osse tenuique vestiuntur Membranula. Superioris Maxillæ ossa (inspiciatur

NONAGESIMÆSECVNDÆ

TABVLÆ,

Figura I.) undecim numerantur, licet nonnunquam Suturis pluribus distincta, in plurima separari possunt. Ossa hæc ex parte, hac in Tabula, tantum poterunt demonstrari, antea quædam dilucidata sunt. Primum Par A. Oculi constituens orbitam inferiorem, ad minorem usque encanthum hoc à latere circularis ferè est figuræ. Processus emittit duos, unum B. ex quo pro parte conflatum est Jugale os, alterum C. Malæ ossi vicinum. Secundum Par D. majorem efformat oculi angulum. Foramen habet in Nares pervium, punctum Lacrymale, Lacrymali Glandulâ repletum, superioris Maxillæ ossium tenuissimum est & diaphanum. Tertium E. omnium maximum, maxima ex parte Palatum, orbitamque inferiorem dentes continentem efficit. Cavitas huic insculpta est perampla, cui medullæ inhæret copia, eo præsertim loco, quo superiorem attingit dentium periphæriam. Tota hæc cavitas Membranulis osseisque instructa est asperitatibus. Sequitur quartum Par F. ex quo suprema composita est Nasi pars. Figurâ gaudet ex oblongoquadrangulari, extrinsecus gibbosâ, intrinsecus concavâ, substantiâ solidâ. Horum ossium interior superficies, ut & finis, aspera, exterior, lævis est. Quintum Par, Palati insignem partem Nariumque ad fauces amplitudinem constituit. Tenue, latum ac solidum, posterius connexione laterali processibus Vespertilionum Cuneiformis ossis committitur. Undecimum sine pari Os in Figura, ut alia, secunda expressum, Vomer dictum, imam Narium partem distinguens, summam habet cum Nasi septo communionem vicinitatemque. Ossa tam Capiti, quam superiori Maxillæ communia, Cuneiforme, Spongiosum, Galli crista Nasique septum, cum annexis ex parte in præcedentibus depicta, hic describuntur atque demonstrantur. Cuneiforme Os (vide Tab. LXXXIX.) Capitis ossibus, imo & Maxillæ superioris ferè omnibus ab aliquo adjacet latere, vel hiscecum jungitur. Substantiâ gaudet non ubique sibi simili: ad latera enim tenue & solidum, ubi verò Capitis ex parte basin constituit, crassissimum est. Variis donatur eminentiis. Processus ejus duo sunt externè alas referentes Vespertilionum utrimque vergentes ad Palati latera. Interni itidem utrimque duo, Sellæ Turcicæ repræsentantes figuram. Ossi huic præterea concessi sunt Sinus excavationesque plures: in quadrato enim suo processu Sinus est Glandem recipiens spectabilem. Inveniuntur porrò quatuor interdumque plures, quorum primus ad imum oculum, secundus & tertius ad quintum Sphænoidi proprium spectat, quartus Musculorum insertioni inservit. Circa Sellam Antrum est Foraminulis satis conspicuis perforatum. Foramina vasorum transitui adaptata septem & ultra numerantur, id est, Nervo optico, motorio variisque ejusdem generis aliis, Arteriis Venisque inservientibus. Spongiosum Os (vide Tab. VIII. & IX.) in Frontis media basi situatum, pro unico habetur Osse, licet ejus pars, quâ capiti jungitur, hocce tantum nomen ob indefinitam Ossis obliquam pertusionem propriè mereatur: media autem pars, quæ Galli cristæ assimilatur, dura, solidissima & ab altera divisa est. Huic Ossi apponitur infernè aliud Nares distinguens os, Septum dictum, quod ex parte duriusculum, ex parte tenue & cartilagineum existit. Altera hujus Ossis portio plana & tenuissima oculi ex parte conficit atque claudit orbitam. Ossiculum hoc ex tribus constat minoribus, quæ plerumque in provectiore ætate coalescunt. Prædicta plura conspiciuntur in

Fig. II. A. Os Occipitis. B. Ossa Bregmatis. C. Petrosa. D. Jugale. E. Dentes superiores. F. Os Maxillæ tertium. G. Foramina in Nares dehiscentia. H. Nasi Septum. I. Undecimum Os Vomer dictum. K. Cuneiformis ossis processus externi. L. Processus Styliformis. M. Os Petrosum. N. Ossis Temporum Sinus Maxillæ inferioris recipiens caput. O. Ossis Occipitis capitula. P. Ejusdem additamentum.

Fig. 4.





Fig. 1.



Fig. 6.



Fig. 7.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 9.



Fig. 5.

Fig. 8.



tum. Q. Proceſſus Mammillaris. R. Foramina S. aſperitates Sinusque pro Muſculorum inſertionibus, huic Occipitis oſſi impreſſi.

Inferior Maxilla (vide Fig. I. & Fig. III. A. in prima quippe anterior, in ſecunda verò poſterior ejus proponitur facies) ex unico conſtat, in adultis, oſſe. Figuram habet arcualem, ſubſtantiam ſolidiſſimam, intus concavam Medullâque ornatam; Foramina (vide Fig. I. & III. ſub litt. B.) duo, quæ per longitudinem à parte ferè media foras feruntur initiumque ſumunt oblongum, amplum ejusque inter proceſſum. Maxilla hæc interius exteriusque protuberantiis, ſinubus aſperitatibusque donata eſt plurimis. Proceſſus poſſidet inſignes utrimque duos, ſurſum ſpectantes. C. D. Primus qui antrorſum Sphænoidis infra ſuturam locum habet, latus & in cuſpidem erectus cernitur. Secundus ſitum habet ex parte transverſum. Oblongum ejus capitulum, E. cui adnaſcitur cervix, F. appoſitione cartilaginea ligamentoque circumductum, cum Temporum oſſe coarticulatur. In circuitu ad dentium inſertionem loculamentis foveisque excavatur, quorum, ut dentium eorumque radicum, numerus incertus eſt: Longâ etenim ætate coaleſcunt, erumpentibus verò ſapientiæ, ut vocitat plebs, aliisque præter ordinem & locum, dentibus, aperiuntur atque de novo quaſi excavatur maxilla. Unicuique Maxillæ inſerti ſunt Dentes, ut plurimum ſexdecim, qui duri variæque figuræ extra alveolos abſque, intra verò hoſce pelliculâ obducti comperiuntur tenuiſſimâ. Ex continuo labiorum motu ut læves exterius, ita quisque ab oppoſiti ſocii compreſſione qualemcunque cum ipſo ſortitur articulationem ſive clauſuram. Omnes licet, quisque ſuo ſub genere ſuaque in claſſe, ab alio, ratione magnitudinis, inſertionis ac figuræ differat, dividuntur in inciſorios, caninos & molares. (vide

Fig. IV.) Exprimit enim hæc tam ſuperioris quàm inferioris Maxillæ, unius duntaxat lateris, dentes. Inciſorii unicâ donati extremitate, ſive radice ſurſum deorſumque quatuor ſunt. A. Succedunt Canini in qualibet Maxilla duo B. alta præditi radice, vergente in acutiſſimum apicem. Sequuntur Molares, C. qui in utriusque Maxillæ latere quinque deteguntur. Horum duo priores, reliquis minores, tuberculis prominuli ſunt duobus. Cæteri majores, eminentiis ut variis, puta binis, ternis, quaternis ornantur ſuperius, ita, quod utplurimum fit, in totidem divaricantur radices. Omnes licet in utero generentur cum partibus corporis omnibus, eodem attamen non proſiliunt tempore; quidam enim poſt partum brevi, quidam in ſenectute erumpunt, quidam permutantur, quidam verò non decidunt.

Fig. V. Eraſis dentibus maxillæ inferioris dimidiam depingit partem. A. Proceſſus anterior, B. poſterior. C. Foveolæ è quibus Dentes ſunt extracti. Specifica Dentis demonſtratio fit in

Fig. VI. A. Dentes citharæ fide diſſecti, in

Fig. VII. adaucta magnitudine Dentem referente, conſpiciuntur A. Lamellæ & B. Striæ oſſeæ. C. Meditullium molle, D. cavitas inſignis, E. annexa Membrana exterior & F. interior, G. vaſa vario contorta modo. Ut verò curioſitati ſatisfiat, Embryonis infantulique Dentes & primordia demonſtro, ſub characteribus

Fig. VIII. A. Dens inciſorius. B. Caninus. C. Molares varii. De progreſſu nil peculiare, folliculo etenim Membraneo ſtriato perforato, Dentis conſpicitur corpus, quod quo junius eo mollius: Dentis verò baſis ubi Gingivam perforat aërique exponitur, candeſcit indureſcitque brevi; radicem verſus ex vaſis jam nunc apertis compoſitus hiſceque circumductus, vaſa diutius obſervanda exiſtunt, compreſſo etenim in junioribus fine, ſuccos emittit; in adultis cavus reperitur. Inter capitis oſſa recenſendum, (vide

Fig. IX.) Os Hyoides. A. ex variis conſtans oſſiculis cartilagine inter ſeſe junctis, foris gibbum B. intus excavatum, C. ut etiam videre eſt in Tab. XXIV. in duo extenditur cornua. D. Styliformi adhæret appendici à latere, anterius Laryngis cartilagini Scutiformi, linguam verò ipſam excipit Epiglottidique connectitur cartilagini. Sinubus excavatur E. præſertim pro alligandis Muſculis duobus; qui ſuperficie gibboſâ aſperiores comperiuntur.

NONAGESIMATERTIA

TABVLA.

Vertebrarum ſyntaxis, à Capite ad Coccygis os, quod hocce inter comprehendendum nomen, ſeſe extendens, ſeptem ſui generis oſſa Collo, duodecim Dorſo, quinque Lumbis attribuit; harum verò æmulæ in Sacro oſſe quinque viſuntur. Ex uno quæque in adultis, in pueris & infantulis autem, pluribus conſtant officulis. Figuram habent intus convexam, extus inæqualem, à lateribus tuberculoſam, inferius ſuperiusque planam. Magno præter medio foramine, minoribus à latere pertunduntur. Proceſſus in quàque Vertebra ſeptem eminent. Duo ſuperius, duo inferius totidemque à latere transverſi, qui in cervice perforati. Poſterius unus & quidem inſignis; hocce verò caret ſola capiti proxima, connectuntur quintuplici ritu, tam per Membranas, Ligamenta Cartilaginesque, quam per mutuam oſſium conceptionem atque inarticulationem. Tota hæc oſſium ſtrues pro motus neceſſitate mobilis exiſtit. Prima Colli Vertebra, (vide

Fig. I.) Atlas dicta, cæteris tenuior duriorque eſt. Conſpicua in hac eſt A. protuberantia anterior ſemi referens circulum; ut & B. Proceſſus poſterior. Sequentis hæc excipit Vertebræ dentilem eminentiam. Eandem hanc Vertebram à parte poſtica expreſſam oſtendit,

Fig. II. Rotator, (vide

Fig. III.) duram rotundamque emittit de medio A. appendicem, denti ſimilem; ſuperficies hujus, pro ligamenti adhæſione, aſpera evadit. Vertebra hæc cum prima ligamentacea Membrana, qua Capiti jungitur, ope devincitur. Poſterior hujus Vertebræ facies depingitur in

Fig. IV. Tertia, Axis (vide

Fig. V.) à lateribus ſurſum excavata, A. apophyſique donata, B. ſuperioris inferiorem excipit eminentiam. Sequentes tres, ut hæc, bifidâ ut plurimum gaudent Spinâ. Ultima, laterali quæ caret internâ eminentiâ, reliquis robuſtior eſt. Hujus Spinæ alterum latus cernitur in

Fig. VI. Dorſi Vertebræ plerumque duodecim numerantur. Quarum, inter ſeſe quia ſtructurâ conveniunt, unicam exhibebo. (vide

Fig. VII.) Innumeris hæ perforatæ foraminulis, Apophyſibus donantur A. ſolidis, Spinis craſſioribus B. Sinubus C. Coſtarum articulationi adaptatis. Singulari obducuntur adipe refertâ Membranâ, (vide Tab. XCVIII. Fig. VIII.) Dorſi Vertebræ interior facies delineatur in

Fig. VIII. Hujus claſſis ultima, inferius Vertebrarum Lumborum inſtar proceſſibus A. exornatur. (vide

Fig. IX.) Inverſa ejus facies depingitur in

Fig. X. Lumborum quinque Vertebræ reliquas mole exſuperant. Harum una depicta in

Fig. XI. Reliquæ quippe reliquis ſimiles, multivagis pertuſæ foraminibus, A. exaſperatæ eminentiis, B. cohæſione junctæ laxiore, C. ſpinis donatæ craſſioribus, quibus ligamenta tendinesque Muſculorum adhærent D. Poſticam hujus Vertebræ imaginem dilucidat

Fig. XII. Thoracis Vertebris adjunguntur, conſuletur

Fig. 5.



Fig. 3.



Fig. 1.



Fig. 6.



Fig. 4.



Fig. 2.



Fig. 11.



Fig. 9.



Fig. 7.



Fig. 8.



Fig. 12.



Fig. 10.



Fig. 2.



Fig. 1.



Fig. 3.



Fig. 4.

Fig. 5.

Fig. 6.

Fig. 8.



Fig. 7.



NONAGESIMAQVARTA

TABVLA,

Coſtæ, quæ ab utroque latere duodecim, in Veras ſeptem, quæ ſuperiores; & Spurias quinque, quæ inferiores; diſpeſcuntur. Figurâ gaudent arcuali. In exortu rotundæ, Sternum circa latiuſculæ, exterius aſperæ, interius lævigatæ obſervantur. Vertebras ubi ſuperiores attingunt, tuberculis, articulationi addictis, ditantur. Infimus internusque margo ſinum Coſtæ ſecundum longitudinem ſibi habet inſculptum. Ut Vertebris ligamento, cartilagine membranâque ſuperiores immediatè; ita inferiores ſterno, cartilaginis ope, connectuntur. Coſtarum prima cæteris latior, depingitur in

Fig. I. A. Pars Sterno proxima, B. Vertebris vicina. C. Tuberculum Vertebrarum transverſi proceſſus Sinus inarticulationi proprium. D. Portio media oſſea. Sinus verò E. inferiori inſculptus margini, in Figura III. viſibilior. Poſterior hujus Coſtæ facies proponitur in

Fig. II. Cujus explicationi præcedentes inſerviunt literæ.

Fig. III. & IV. Verarum mediam ab utroque latere.

Fig. V. & VI. Primam,

Fig. VII. verò & VIII. Spuriarum ultimam exprimunt Coſtam. Harum quatuor ſuis adſcendunt cohærentibus cartilaginibus, inferius autem, verarum circa Vertebrarum ultimam, copulantur. Harum Spuriarum ultima cæteris minor, diaphragmati, vel & Abdominis Muſculis nonnunquam connaſcitur. Dorſo incumbit utrimque, ſcuti inſtar, Scapula, expreſſa in

NONAGESIMAQVINTA

T A B V L A.

Os (vide Fig. I.) latum atque ex parte triangulare, intus A. Concavum, extus Gibbosum. B. Eminentias obtinet tres: Per medium, Spinam, C. Humerum contingentem summum; hujus extremitas Acromium, D. audit. Secunda E. Minor, Acutior, Coracoidea dicitur. Tertia F. Ossis hujus cervix, cavitatem sortitur vix conspicuam, G. Cartilagine ejusdemque munito substantiæ labro. Excipit hæc Humeri caput osseum, quod & ligamentorum etiam adminiculo huic conjungitur. Appendicibus instructum hocce Os est quinis tuberculisque variis. Interior Scapulæ facies ostenditur in

Fig. II. A. Cava Scapulæ pars, B. eminentiæ variæ. C. Inferior, D. superior angulus. E. Asperitates ex avulsis cum periostio Musculis. F. Eminentia prima, G. secunda, H. tertia. Scapulam cum Sterno claudit utrimque clavicula, (vide

Fig. III.) Græci Sigmatis figuræ, Sterno unâ atque hac subrotundâ, A. alterâ extremitate planiore B. Scapulæ processui, Acromio, connectitur. Ejus superficies aspera atque inæqualis, C. inferior autem portio excavata parum existit, interior pars D. ex à sese invicem dissitis conflata est osseis particulis, hisce plurima inhæret medulla. Hujus Ossis interiorem adspectum refert.

Fig. IV. Claviculas Costasque inter situm anterius est (vide

Fig. V.) Sternum, ex multis cartilagine junctis in modo natis, plerumque autem tribus, in adultioribus, compositum ossibus: in senioribus verò unum continuumque reperitur. Hoc in subjecto tria erant & quidem distincta ossa. Primum A. amplitudine sequentia facile vincit triangulumque refert; ad latera B. conspiciuntur pro excipiendis claviculis, sinus, superius interiusque quoque alter C. pro Pulmonari fistula. Secundum Os, D. quod longius, primo Cartilaginis interventu conjunctum, ab utroque latere foveis excavatur, E. Costarum numero ac magnitudini respondentibus; plurimis obducitur Membranis plurimæque huic asperitati inhærent Tendinum expansiones. Tertium F. quod Cartilagineum, diu sæpius post nativitatem reperitur, Ensiforme dicitur; quamvis bifidum multoties observatur. Limbo jungitur Ossi superiori, in medio eminentia, costæ instar, elevata cernitur. Trunco adhærent superius Brachia, quorum Ossa in sequentibus duabus exprimuntur Tabulis. Prior,

Fig. 2.



Fig. 1.



Fig. 5.

Fig. 4.





Fig. 3.




Fig. 3.
D
B
A
E
A
C
F
Fig. 1.
D
C
E
F
B
N
A
G
E
H
L
Fig. 5
B
A
C D
Fig. 6.
B
A
C
D
Fig. 2
N
N
M
N
Fig. 4
D
B
A
E
C
F

NONAGESIMASEXTA
TABVLA.

Os Humeri (vide Fig. I.) duoque commonſtrat Cubiti Oſſa Ulnam & Radium. Humeri os A. validum inæquale, ſuperius caput B. obtinet globoſorotundum, ex parte cartilagine obductum; prominentias poſterius duas, interiorem C. & exteriorem D. ſinusque inter haſce E. F. totidem. Cubitum verſus à parte poſtica depreſſum, cum ulna & radio, cartilagine obductum, proceſſibus, majuſculum præter, cui varii alligantur Muſculi, cohæret tribus G. H. I. poſteriores inter, duæ deteguntur cavitates K. L. inſignisque poſterius una M. foramina varia N. hujus Oſſis poſterior facies, delineatur in

Fig. II. Cubiti primum Os, (vide

Fig. III.) Ulna, ſuperius amplum A. manum B. verſus attenuatum, adnatum ſibi habet C. tuberculum ſubrotundum. Inferius eminenti proceſſu unico D. Carpi oſſiculis; ſuperius, duobus Humeri inarticulatur Oſſi; anteriore ac minore E. ut & poſteriore ac majore F. primus interiori, ſecundus poſteriori infigitur ſinui. Poſterior Ulnæ facies depingitur in

Fig. IV. Secundum Cubiti os, Radius, (vide

Fig. V.) ſuperius prædicto brevius eſt. Superior ejus pars tenella A. rotundaque Ulnæ adjuncta, ſinum admittit B. Cartilagine obductum. Excipit hic Humeri oſſis capitulum. Inferius altera extremitas ſinu duplici C. D. quædam excipit Carpi oſſicula. Alterum hujus Oſſis latus exhibet,

Fig. VI. Oſſa hæc ſibi accumbentia, extimas circa conjunguntur, medias verò circa partes à ſeſe invicem recedunt, ligamento nihilominus devincta tenentur Membraneo. Manus Oſſa, inſpiciatur

NONAGESIMASEPTIMA

T A B V L A.

In Carpi, Metacarpi digitorumque diſpeſcuntur officula. Carpus (vide Fig. I.) octo habet officula, ab omni inter ſeſe differentia parte, præterquam quod validiſſimè nexu Cartilagineo invicem cohæreant & Membranis ligamentisque variè ductis, excavatis, vel protuberantibus compacta teneantur. Horum tria 1. 2. 3. Cubiti committuntur oſſibus. Quartum quod exterius, 4. cæteris minus eſt. Reliqua quatuor 5. 6. 7. 8. Metacarpi reſpondent oſſibus. Exterius gibboſa, interius concava plus minusve, pro vicini oſſis figura tendinumque transmiſſione, reperiuntur. Metacarpi officula quatuor ſunt, A. B. C. D. eaque gracilia ac longiora, interius aliquantulum concava, circa E. medium ab invicem diſtantia. Horum appendicibus rotundioribus inſiſtunt digitorum officulorum ſinus; inferiores verò Carpi officula recipiunt. Sunt autem digitorum officula quindecim, magnitudine differentia, in ſingulo quoque, annumerato huc etiam pollice, tria F. G. H. exterius gibboſa, interius concava. Proceſſibus, tertii præter Internodii officula, ornantur duobus. Horum prior I. Rotundus, ſinum obtinet, alter K. gemino capite cum intermedio ſinu protuberat. Capita hæc ſinusque cartilagine obducta inveniuntur. Externam oſſeæ manus faciem deſignat

Fig. II. Cujus explicationi præcedentes inſerviunt characteres. Horum, ad oſſium articulos, tendinibus inhærent, licet in Poplite cum ipſis paululum aliter ſeſe res habeat, Seſamoïdea quædam dicta ſubrotunda duriuſcula cartilagineque obducta officula, quorum partem tam anteriorem, quam poſteriorem magnitudinisque differentiam depingit numerus 9. 10. 11. Horum numerus, qui variat, in ſingulis, ut plurimum, digitis duodecim eſt, quæ tamen propter exilitatem ſæpiſſimè non obſervantur. Carpi octo officula, à ſeſe invicem ſeparata, oſtendit

Fig. III. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Trunci abſoluta parte ſuperiore, inferior deſcribenda.

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



T. 98.

Fig. 1.



Fig. 4.



Fig. 3



Fig. 2.



NONAGESIMAOCTAVA

T A B V L A

Sacrum delineat os (vide Fig. I.) dorſi lumborumque baſin, Vertebris ſubjectam. Triangularis ex parte figuræ, quinque vel quatuor obtinet Vertebrarum ad inſtar interſectiones A. Foraminibusque transverſis introrſum amplioribus, excepto per quod Spinalis fertur medulla, perforatur totidem B. exterius aſperum, interius lævigatum. Oſſibus ſuperioribus tribus inſculpti ſunt C. ſinus adhærentque D. eminentiæ variæ proceſſusque qui exigui, ſenſim decreſcentes & aſperi deteguntur. Hujus oſſis internam faciem depingit

Fig. II. A. Oſſis internæ lævitas, B. Foramina, C. coalitarum interſectionum veſtigia. Sacro oſſi (vide

Fig. III.) adſtat ex quatuor 1. 2. 3. 4. vel quinque, uti hic, oſſibus conflatum Os Coccygis, quod interiora verſus mobile, foraminulis, aſperitatibus innumeris proceſſibusque ornatur A. & B. duobus. Internum hujus Oſſis latus oſtendit

Fig. IV. Oſſi Sacro adhæret à latere, (vide

NONAGESIMÆNONÆ

TABVLÆ

Fig. I.) Os dictum Innominatum. Quod ex tribus compositum partibus, Cartilagine invicem junctis, vel coalitu unitis, unde pro uno haberi posset, sub Ilii, Pubis & Ischii nomine describendum venit. Superior pars Ilium A. insigni donatur amplitudine, Spinâ munitâ validâ B. Cava ejus pars C. non ejusdem ubique est crassitiei. Aspera autem portio D. cum adhærente ligamento transversis committitur Sacri ossis eminentiis. Pubis os E. anterius, suo cum pari Cartilaginis adjumento junctum, foramine gaudet F. ampliore sinuque G. spectabili. Ischium os H. tertia Innominati ossis portio, inferius crassumque est. Huic insculpta existit pro Femoris ossis capite (vide

Fig. II.) A. cavitas, Acetabuli condecorata titulo, processu ornata cartilagineo B. vinculis suo cum pari, ab osse productis Sacro, conjungitur. Visuntur porrò prædictorum ossium partes quædam externæ, inter quas spectabilis Ilii cavitas C. tubercula varia D. eminentiæque plurimæ E. Prædicta inter Ossa quia gestationis tempore locatur Fœtus, ejusdem Ossium constitutionem hoc loco proponam; Osteogeniam autem ossiumque incrementum, considerandum ex Iconibus,

CEN-

Fig. 1.



Fig. 3.



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 5



Fig. 4.



Fig. 6.



CENTESIMÆ
TABVLÆ

Figura I. Sceleton unius circiter menſis Fœtus proponit, in quo hic & alibi oſſificationis puncta eminent.

Fig. II. Sceleton exhibet ſex hebdomadarum Fœtus, in quo artuum quædam Oſſium rudimenta emergunt.

Fig. III. Trium circiter menſium Fœtus Sceleton depingit, in quo, pauca præter, omnia viſuntur Oſſa, vel ſaltem eorum primordia.

Fig. IV. Poſteriorem hujus Sceleti exhibet faciem.

Fig. V. Fœtus quatuor menſium Oſſa delineat; quæ à prioris Sceleti, non niſi ſoliditate atque magnitudine, differunt.

Fig. VI. Poſticum ejuſdem Sceleti proponit adſpectum. In hiſce ut ſeſe oſteogenia habeat, ſatis ſuperque attendenti dilucidatur: à Membranacea vaſculoſaque etenim in Cartilagineam, ab hac in Oſſeam, immutatur quodque oſſiculum, conſtitutionem punctumque ſubdurum, quod antea Cartilagine obſeptum, brevi augetur totumque occupat, immutatâ ſive induratâ Cartilagine, locum. Quæ autem in quibuſdam partibus notabilis eſt mutatio, huic connectam deſcriptioni. Capitis Oſſa, è puncto increſcentia, mollia ſunt. Frontis os diviſum, Occipitis os ex pluribus conflari videtur. Temporum os tria habet interſtitia membranoſa. Eminentiæ variæ, ut Styloides, vix conſpicuæ. Tympani circulus ab oſſea diviſa eſt cavitate. Cuneiforme os ex variis accreſcit punctis. Cribroſum os cum annexis cartilagineum diu eſt. In oculo variæ apparent oſſium Suturæ. Inferior Maxilla primo ex pluribus, poſtremis verò menſibus, ex duobus conſtat oſſibus. Vertebræ à ſecunda Colli, omnes proceſſus præter, tria obtinent oſſificationis puncta. Sacrum os diviſum, Coccygis cartilagineum apparet. Cartilagineomembraneum Sternum ſeptem vel octo comprehendit oſſicula. Scapularum margines Cartilagine ornantur latiuſculâ. Brachiorum oſſa appendicibus gaudent merè cartilagineis. Carpus una videtur cartilago. In Metacarpo ut & digitis oſſea deteguntur rudimenta. Innominatum os reverà in tria diviſum exiſtit. Femoris os diu ſuperius inferiusque cartilagine ornatur. Cætera ut in Brachio ſeſe habent. Ut autem primò natorum oſſium conſtitutio videri poſſet, proponitur

CENTESIMAPRIMA

TABVLA.

Exprimens novem circiter menſium Fœtus Oſſa.

A. Fonticulus inter Oſſa.
B. Frontis &
C. Bregmatis.
D. Sutura Sagittalis ad Naſum uſque protenſa.
E. Coronalis.
F. Naſi Cartilago.
G. Septum.
H. Maxilla ſuperior,
I. Inferior.
K. Oſſium futura.
L. Dentium primordia & folliculi.
M. Os clavis.
N. Scapula.
O. Proceſſus Coracoideus.
P. Humeri oſſis cartilaginoſa appendix.
Q. Os Humeri.
R. Ulna.
S. Radius.
T. Carpus.
V. Metacarpus. In hiſce multa adhuc obſervatur cartilago.
W. Digitorum oſſa, ubi circa Condylos cartilago ab utraque detegitur parte.
X. Colli,
Y. Dorſi
Z. Lumborumque Vertebræ.
1. Os Sacrum.
2. Coccygis.
3. Ilium.
4. Iſchium.
5. Pubis.
6. Sternum.
7. Coſtæ veræ.
8. Coſtæ ſpuriæ.
9. Appendix Enſiformis cartilaginoſa.
10. Os Femoris
11. Ejuſdemque Trochanter major,
12. Minor.
13. Patella.
14. Os Tibiæ.
15. Os Suræ.
16. Tarſus.
17. Metatarſus.
18. Pedis digitorum Oſſa, circa quæ Oſteogenia ſeſe, ut in manu, habet.


D
C
C
A
E
E
B
B
D
F
H
H
G
L
L
I
K
I
M
O
Q
S
R
T
V
W
6
9
Y
3
1
2
12
4
10
13
14
15
16


A
B
B
C
D
H H H H H H H
F
L
P
O O O O O
K K K K
X
W
Y
Z
R
1
2
3
4
5
6
7

CENTESIMASECVNDA

TABVLA

Præcedentis Sceleti faciem depingit posteriorem.

A. Sutura Sagittalis inter
B. Bregmatis ossa.
C. Lambdoides.
D. Os Occipitis.
E. Os Temporum.
F. Maxilla inferior.
G. Os Jugale.
H. Septem Colli,
I. Duodecim Thoracis,
K. Quinque Lumborum vertebræ.
L. Scapula.
M. Clavicula.
N. Costæ veræ.
O. Costæ spuriæ.
P. Os Humeri.
Q. Ulna.
R. Radius.
S. Carpus.
T. Metacarpus.
V. Digiti manus.
W. Os Sacrum,
X. Ilium,
Y. Ischium,
Z. Pubis.
1. Os Femoris.
2. Genu pars posterior.
3. Os Tibiæ,
4. Suræ.
5. Tarsus.
6. Metatarsus.
7. Digiti pedis.

CENTESIMATERTIA

TABVLA.

Trunco adhærent inferius artuum Oſſa, diviſa in Femur, Tibiam atque Pedem. Femoris Os à quovis latere (vide

Fig. I.) unicum, robuſtum longumque, anterius rotundum, poſterius depreſſum nonnihil & coſtulà elevatum deprehenditur. Superior ejus pars tribus inſtructa eſt proceſſibus. Horum maximus A. Caput audit; Rotundus, triplici vicinis oſſibus ligamentaceo affixus Vinculo; uno Membraneo articulum ambiente; altero Cartilaginoſo; tertio interno tenſili Ligamentaceo. In cervicem ubi hoc Os attenuatur, proceſſus deteguntur duo; externus B. major & internus C. minor Trochanter dictus. Horum aſperitates inſerendis inſerviunt Muſculis. Foramina, ut & cavernulæ, inveniuntur plurima. Inferius incraſſeſcit capitibusque ornatur duobus D. & E. Tibiæque intrat Sinus. Spatio latiori imponitur Genuque conſtituit (vide

Fig. III.) Latum ſubrotundumque Os, Patella dictum. Quod interius cartilagine obductum, exterius ſingulari Membranæ Tendinibusque inhæret Muſculorum variis. Femoris Oſſis, ut & Patellæ à poſtica parte delineationem demonſtrant,

Fig. II. & Fig. IV. Femori ſubjiciuntur, inſpiciatur


Fig. 2.
A
C
Fig. 1.
A
B
Fig. 4.
Fig. 3.
D
E
E

Fig. 3.



Fig. 2.



Fig. 1.



Fig. 3.

CENTESIMAQVARTA

TABVLA.

Os Tibiæ & Suræ. Tibiæ (vide Fig. I.) os, ex parte triangulare eſt Muſculisque deſtituitur anterius. Anguli circa acumen varii. A. Appendice donatur à Femoris cavitate recepta ſuperius amplâ & ſpectabili, B. cujus poſterior pars duabus præterea gaudet eminentiis. Cavitas quæ Femoris inferiora excipit capita, æquè ac prædicta appendix, cartilaginoſo obducitur limbo craſſiore. Ex tuberculo, cavitatibus interjecto, validum exſurgit ligamentum. Inferior proceſſus ad internum protuberans pedis latus, Malleolus C. dicitur internus. Huic accumbit à latere Suræ os ſinusque, cujus eminentia cartilagine obducitur, inſculptus pro recipiendo Talo eſt.

Poſterior hujus Oſſis facies depingitur in Figura II.

Suræ os (vide Fig. III.) præcedente gracilius, variis excavatur ſinibus A. variis inſtructum eſt eminentiis B. atque aſperitatibus C. capite donatur ſuperius rotundo, D. inferius depreſſo E. Superiori Tibiæ inſiſtit appendix; inferius verò Tibiæ inferitur ſinui. Proceſſum habet F. conſpicuum acutumque Malleolum externum. Oſſa hæc Tibiæ & Suræ in medio dehiſcunt ligamentoque ſeſe inter conjunguntur.

Pedis Oſſa (conſuletur

CENTESIMAQVINTA

TABVLA)

Sunt quædam ad Tarſum, quædam ad Metatarſum, quædam ad Digitos ſpectantia.
Tarſi ſeptem Oſſa inter ſeſe tam figurâ quam mole differunt. Horum primum (vide

Fig. I.) A. Talus, Tibiæ inſtar baſis, capite cartilagine tecto convexoque B. Tibiæ, ut anterius Navicularis oſſis ingreditur ſinum; inferius tam excavatum, quam protuberans, Oſſi adhæret Calcis atque utroque comprehenditur à Malleolo. Secundum Os C. Calx, pedis maximum, ſuperius depreſsà amplâque eminentiâ, anterius ſinu unico, interius pluribus gaudet. Exterius proceſſus ope medio Cubiformi jungitur oſſi multisque exaſperatur particulis. Tertium Os Naviculare dictum D. amplo poſterius ſinu, anterius capitibus depreſſis inſtructum eſt tribus. Quarti Oſſis, E. Teſſeræ ſimilis, figura inæqualis eſt. Quarto, quinto & ſeptimo jungitur Tarſi oſſiculo. Tria reliqua F. G. H. nominibus carent peculiaribus Cuneiformiaque nuncupari conſuevere. Oſſa hæc omnia cartilaginibus, ligamentis membranisque inter ſeſe, ut & vicinis cum oſſibus devinciuntur, multigenis.

Metatarſi quinque Oſſa, I. K. L. M. N. ſurſum deorſumque protuberant, ſuperius rotunda capita à digitorum oſſiculorum recipiuntur ſinibus, inferius verò Tarſi oſſa eorum inferuntur cavitatibus: à Pollice, cui robuſtum ſubjectum eſt, reliqua, digitum verſus minorem, diminuuntur; exterius gibboſa, interius verò convexa in medio apparent. Pedis digitorum quatuordecim oſſa, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. (Pollex enim duo tantum ſed robuſtiora habet) breviora quam in manu ſunt. Horum figura & connexio cum manus oſſibus convenit; præterquam quod circa extremitates cartilago major, unum Calcis oſſi adhærens Membraneum tegmen ligamentaque cætera validiora obſervantur. Poſteriorem ſive inferiorem Pedis adſpectum refert

Fig. II. Tarſi ſeptem Oſſa ab invicem ſeparata oſtendunt numeri ſequentes. 1. Talus, 2. Calx, 3. Os Naviculare, 4. Os Teſſeræ, 5. 6. 7. Oſſa cuneiformia. Extremis digitorum manus pedisque Internodiis ſingulis imponitur exterius Unguis. Hujus pars ſuperior (vide

Fig. III.) A. albida dura, inferior verò B. portio pelliculâ C. intus, extus Limbo D. ligamentaceo membranæ tendinibusque continuo, in circuli modum, obducitur molliorque evadit.

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Operi huic ad unguen perducto, quædam de Offium conjunctione addenda videntur.

Ossa, quæ (paucis exceptis) omnia, Periostio, membranâ sic dictâ cinguntur, cavitatibus (interiores præter) prominentiisque plus minusve profundis altisve gaudent, dividi solent in partem intermediam propriè appellatam Os, processum, partem ultra planam protuberantem, ossi continuam (quæ iterum varia, v. g. longa, brevis, acuminata, vel obtusa reperitur) & appendicem, osseum ossi additamentum, pro corporis ætate vel constitutione durum vel molle.

Offium conjunctio tam per ipsammet ossium constructionem, quam per Cartilagines, Ligamenta, Membranas partiumque absolvitur cohærentium alligationem.

Cartilago autem mollior ossea corporis pars, nonnunquam præter morem planè ossescit; plerumque verò substantiam obtinet glutinosam.

Ligamentum tensile tenaciſſimumque corporis organum, cartilagine flexilius, Ossi, Cartilagini aut Membranæ cuidam affixum observatur. Pro colligandarum partium situ, motu, vel continentiâ, variâ gaudet figurâ, mollitie ac duritie; unde peculiare, vel commune dici potest quosdamque ex parte, quosdam vinculi instar ab utroque latere, quosdam amplectitur articulos totos. Specificum itaque singulorum hic non exigitur examen nec dilucidatio; intellecta etenim generali descriptione, peculiaris cujusque videri potest ligamenti structura.

Connectuntur inter sese Ossa per coalitum, id est, ad quietem, vel per articulationem, id est, ad motum. Coalitus hic est vel verus, quando Ossa coëunt nullo Suturæ vel Fissuræ relicto vestigio; vel spurius, quando aliquod per medium uniuntur; quod triplici distingui potest sub specie.

I. Per Syneurosin, medium Membraneum, potius Membraneo vel Ligamentoso-osseum vixque coalitus spurii inter cœtum venit recipiendum:

II. Per Synchondrosin, Cartilagineum:

III. Per Syssarcosin, Carneum.

Articulatio duplici imprimis fit modo; singuli verò suis reducendi sunt sub classibus. Motui majori Diarthrosi, laxæ scilicet maximèque mobili conjunctioni, tria inserviunt articulationis genera.

I. Dicitur Enarthrosis, cum magnum aliquod Ossis caput, cum adjuncta cervicis portione, in magnam evidentemque alterius recipitur Ossis cavitatem.

II. Arthrodia, ubi è contra minusculum quoddam Ossis capitulum in non profundum inseritur Ossis sinum.

III. Ginglymus; qui fit, cum idem Os suâ protuberantiâ alterius Ossis ingreditur cavitatem simulque alterius Ossis protuberantiam unicam, vel duplicem suâ excipit cavitate.

Postremum hoc genus tres obtinuit species.

I. Cum unum Os, ab unico excipitur, & alterum excipit ferè ut supra.

II. Ubi unum Os excipit, & ab alio quod denuò non excipit, excipitur.

III. Quando in modum rotæ ad axin Ossa articulantur.

Parvo

Parvo minorive motui, Synarthroſi, qui alter eſt articulationis modus, ſpecies quoque inſerviunt tres; quamvis plures & ex hiſce compoſitæ quaſi indigitari poſſent, ut Enarthroſis in Synarthroſi & ſimiles. Primum notatuque dignum genus eſt.

I. Sutura, cum Oſſa ſibi invicem denticulatim anguliſve junguntur inæqualibus.

II. Harmonia dicitur, quando Oſſa lineâ rectâ, id eſt, ſimplici, obliquâ vel aliter ductâ conjunguntur.

III. Gomphoſis, ubi Os oſſi alteri clavi inſtar infigitur.

Vale Lector, mecumque ſperare perge, ut deſtructo mirifico atque terreo hocce ædificio, æternam adipiſcatur anima domum à Creatore Optimo Maximo, cujus gloriæ, in nulla ſæcula ſit finis.

2251